



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Titulus XXXV. De statu monachorum & canonocorum regularium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)



conditione transeat in absolutum. ad quod tamen respondet Reiffenst. quod quamvis tunc vota transant in absoluta, manent tamen imperfecta ex prima radice, utpote non amore virtutis, & intentione placendi Deo, sed amore boni temporalis, & naturalis principaliter emissa; confirmatque id ipsum exemplo votorum pœnalia. Sed reservatum est votum castitatis temporalis, v. g. ad 10. annos, nec votum non nubendi, non fornicandi, non tangendi mulierem; quia voto castitatis reservato venit sola castitas perfecta, & perpetua. unde etiam communiter DD. inferre ait Reiffenst. n. 35. votum servandj virginatam non esse reservatum, utpote quod semel violatum amplius servari nequit, dum aliàs castitas violari possit, v. g. delectatione morosa absque eo, quod violetur integritas virginalis, nempe corporalis, ac denique reservata non sunt qualitates, & circumstantiæ votorum, unde si quis novisset peregrinari Romam pedes, vel ingredi religionem strictiorem, poterit Episcopus cum eo dispensare, ut curru vehatur Romam, vel religionem minus strictam ingrediat. Reiffenst. n. 36. cum communi, ut inquit, aliorum.

2. Resp. Ad secundum: potest in votis aliàs vere reservatis dispensare Episcopus, quando est impedimentum ad eundem Pontificem, & utget gravis necessitas maturandi dispensationem. Nav. in man. c. 12. n. 76. Laym. cit. c. 18. n. 16. Rodrig. regul. 99. q. 63. a. 6. Reiffenst. h. t. n. 37. cum communissima aliorum; præsumitur enim rationabiliter, Papam nolle in tali casu votum esse reservatum, sed contentum, ut tunc recurratur ad loci Ordinarium, ne aliàs animam manifesto exponatur periculo, tales autem causæ sunt, si in voto perpetuo castitatis, ex mora ad eundem Pontificem, instet periculum continentis, quando matrimonium contrahendum dif-

ferri nequit sine gravi sponsi, vel sponsæ eorumve familiz dedecore, v. g. si puella deslorata, prolèraque nascenda infamanda sit, & maximè, si deslorans sit morti proximus, & nisi gravidam ducer, nascenda sint proles illegitimæ, aut orituræ graves discordiæ inter cognatos. Porro potestas & jurisdictionis, quæ in hoc casu utitur Episcopus, non est delegata, qualis ea dicitur, quæ nec ex lege, aut consuetudine, nec ratione officii, sed ex speciali alterius commissione competit, sed ordinaria, cum nullibi in jure talis commissio Episcopis tanquam delegatis facta ostendi possit. Reiff. n. 41. ubi etiam, quod minus rectè hæc Episcoporum potestas dicatur extraordinaria ex eo, quod sit circa casus extraordinariè contingentes; cum etiam circa hos detur vera potestas ordinaria, sicut in præsentem habet hanc potestatem dispensandi ratione officii, vel consuetudinis.

3. Resp. Ad tertium: Confessarii Ordinum mendicantium dispensare possunt in votis, in quibus dispensare possunt Episcopi jure ordinario, imò etiam in reservatis aliàs casibus, in quibus reservata non sunt, ut dictum de Episcopis, ut patet ex privilegiis minorum Dominicanorum, Carmelitarum, & Societatis Jesu. idque etiam si votorum quorundam reservationem sibi specialiter reservaverint Ordinarii locorum, etiam si absolvere nequeant à casibus reservatis Episcopo juxta decretum Alexand. VII. cum aliud longè sit dispensare in votis, aliud absolvere à peccatis. Laym. cit. c. 8. n. 7. quin & privilegiorum in votis verè reservatis, in quibus urgente gravi necessitate, & difficultate recurrendi ad Pontificem, dispensare possunt Episcopi, ut plures apud Reiffenst. n. 40. Contrarium tamen sentientibus aliquibus aliis.

## TITULUS XXXV.

### De statu Monachorum & Canonicorum regularium.

#### CAPUT I.

*De institutione novæ religionis, transitu conventus totius ad alium, receptione regularium, celebrationis Capitulis, & visitatione eorum, de promotione eorum ad parochias.*

*Quæst. 906. An licitum instituere novam religionem.*

**R**esp. Non tantum prohibitum instituere novam religionem sine approbatione sedis Apostolicæ, sed etiam eam de facto (hoc est, non jure, nec verè, sed ad speciem tantum, & factum externum declaratum irritam, constat ex c. ult. h. t. & c. unic. c. eod. in 6. idemque colligitur manifestè ex Clem. unic. de voto. & Clem. 1. h. t. & Extrav. unic. h. t. Sayr. Tom. 3. de relig. l. 2. c. 16. n. 9. comprehendunturque sub hac prohibitione, & irritatione omnes congrega-

R. P. Lewr. Jur. Can. Lib. III.

tiones virorum, ac mulierum, quæ in communi sub certa regula ritu & habitu sine Papæ licentia, & approbatione devotionis, vel pietatis causâ vivunt, licet tria vota substantialia religionis non ediderint, adeoque propriè religiosi non sint. Abb. in c. 2. de foro compet. n. 22. in fine. Suar. l. c. n. 22. Pirh. tit. de religiof. domib. n. 33. contra Felin. in c. 10. de constit. n. 1. & confirmatur hæc extensio ex cit. Extrav. unic. dum ibi ea refertur, & Bequinas contra cit. c. ult. h. t. desumptum ex Concilio Lateranensi sub Innoc. III. deliquisse declaratur, Quin etiam dum viri, vel mulieres sub certa forma vivendi, seu regula nullis votis religionis adstricti sine Papæ licentia

Ppp 2



centia in communi vivunt, omnia earum personarum pacta, seu promissiones, quæ in ordine ad talem congregationem erigendam, vel assumendam fiunt, sunt nullæ & irritæ, ita ut liberè resiliire, & recedere possint. Unde etiam votum castitatis factum intentione illam servandi in tali congregatione, & dependenter ab ea, utpote includens conditionem turpem, quia prohibitam, & irritam jure. ita Pirh. *l. c. n. 34.* cum Suar. *l. c. n. 24.* ut hæc confirmantur ex Bulla Urbani VIII. edita anno 1630, in qua prohibita congregatio quarundam mulierum in communi viventium, quæ vulgo Jesuiticæ vocabantur, quia institutum Societatis æmulari præsumebant, non tamen prohibitum, vitos solitariam vitam separatim agere, edito etiam voto castitatis, & obedientiæ promissâ, v. g. Episcopo. aut etiam mulieres seorsim, & in privatis ædibus servato certo modo vivendi, & ritu DEO servire, ut cum Abb. *p. 1. Consilior. conf. 55.* Suar. *l. c. n. 25.* Pirh. *n. 35.* quia ex eo modo privato vivendi aliquarum personarum, etiam si in exteriore habitu, & moribus sit varietas, non sequitur illa confusio, perturbatio, sicut ex modo vivendi in communi. Suar. *n. 26.* Pirh. *l. c.* Quia etiam per *Extrav. ratio. unic. inter commun. h. t.* permillum, ut mulieres honestæ, non culpabiles, nec suspectæ in suis, vel parentum, aut conductitiis ædibus simul habitent sub habitu Beguinarum subobediencia Ordinariorum localium, vel parochis vivant sine scandalo, & errore, & ne ab Ordinariis molestantur. Porrò plures congregationes monachales uti, & Canonicorum regularium distinctis eorum habitibus, & temporibus institutas enumerat Barbol. *ad h. t. in principio.*

*Quest. 907. Num Ordo aliquis collectivè, seu simul totus ad alium ordinem, vel conventus ad alium conventum transire possit?*

**R**esp. Tamen si concedatur singulis in particulari personis licentia generalis transeundi ad alium Ordinem approbatum, juxta dicta supra, non tamen sine licentia sedis Apostolicæ concessum toti Ordini se suæque transferre ad alium Ordinem, aut conventum prout deciditur *c. ult. §. fin. h. t. in 6.* sicut enim solus Papa potest novum Ordinem, seu religionem approbare, sic etiam solus potest religionem approbatam infirmare, seu suppressere, qualiter per totalem translationem, & aggregationem unius Ordinis cum altero factam, ordo aggregatus, seu incorporatus in corpus, & naturam alterius Ordinis suppressitur, quod sine autoritate Papæ fieri nequit. ita Arg. *c. recolescentes §. ceterum h. t.* Fagn. *ibidem. n. 33. & 36.* Pirh. *h. t. n. 15.* Verùm aliud est de integro, seu toto ordine, & aliud de uno monasterio, seu conventu, quia aliàs non liceret etiam sine licentia Papæ unum monasterium unire, seu incorporate alteri Ordini, seu monasterio. quod dici non potest, cum integer conventus se ex toto transferre possit ad ordinem strictiorem saltem de licentia Ordinarii, saltem Episcopi, ut Argo. *cit. c. recolescentes.* Abbas *ibid. n. 2.* Pirh. *l. c.* Barbol. *ad c. 3. h. t. n. 6.* citatis Bonac. *de clausur. regul. q. 2. p. 9. §. 2. n. 5.* Sanch. *in præcep. Decal. Tom. 2. l. 6. c. 7. n. 7.* Sc. contra Fagn. *l. c. n. 24.* etiam ad talem translationem requirentem sedis Apostolicæ autoritatem. De cætero si regula Ordinis negligentia superiorum sit laxata, & disciplina collapsa, posse superiores instituire reformationem, & ad primum rigorem, & severitatem ob-

servandam compellere omnes professos, eosque teneri se accommodare regulæ reformatæ; quia non consuetudinem, quæ forte in ingressu eorum viguit, sed regulam, ad quam se astrinxerunt, scientes, vel scire debentes vivendi normam subinde mutari, adeoque censendos esse proficundo se obligasse saltem tacitè ad reformationem, majorémque illam auctoritatem, si ex causa contingat illam induci. docent Innoc. *in c. 9. de regular. V. austeritatem.* Abb. *in c. 3. de appellat. n. 4.* Zoëf. *ad Decretal. h. t. n. 9.* Fagn. *l. c. n. 5.* (ubi dicit totam securam, imò S. Congregat. Concilii hanc sententiam veram, & communem approbasse) & alii quos citat, & sequitur Pirh. *h. t. n. 14.* idque à fortiore procedere, si ad talem reformationem concurrat auctoritas Pontificis, qui tamen sicut strictiorem, quam regula requirit, vitam inducere, sic etiam potest primævam regulæ asperitatem relaxare, & mitigare. ut Arg. *cit. c. recolescentes.* Fagn. *ibidem n. 8.* Pirh. *cit. n. 14. in fine.* Et si professus quispiam impotens ad servandam regulam reformatam, posse eum eo dispensari, ut transeat ad Ordinem minus rigidum, ut Innoc. *l. c.*

*Quest. 908. An pro susceptione alicujus ad religionem accipi quid possit, & quo numero recipi possint persone ad monasteria?*

**R**esp. Ad primum: pro receptione alicujus ad statum religiosum, etiam ad probationem, aut professionem in eo tanquam pretium non licet accipere quicquam; quin &, cum status religiosus sit quid spirituale, simoniacum est contra jus divinum, pro illo dare vel accipere temporale quid & pretio æstimabile. non tamen per se & ex natura rei illicitum accipere vel exigere quid pro sustentatione personæ, quæ ad statum religiosum suscipitur. imò id concessum, si monasterium sit inops, & regula ordinis permittat vel consuetudine diuturna id inductum, ut contingit in monasteriis monialium. Si verò monasterium dives, habeatque ad religiosos alendos redditus sufficientes, videri esse simoniam juris ecclesiastici ob prohibitionem Ecclesiæ præcipientis eos recipi gratis. Arg. *c. veniens. c. dilectus. c. quoniam. de simon.* tradunt Suar. *Tom. de relig. l. 4. d. 39. Simon. c. 17. n. 4. Less. l. 2. c. 35. an. 68.* Laym. *l. 4. tr. 10. c. ult. n. 39.* apud Pirh. *h. t. n. 4.* iis consentientem.

**R**esp. Ad secundum: in monasteriis & domibus tam virorum, quam mulierum, sive bona immobilia possideant, sive non, is tantum numerus constituendus, ac posterum conservandus, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex conductis elemosynis commodè sustentari possit. ita expresse statuit Tridentinum *sess. 25. c. 3. de regular.* is autem non commodè vivere, seu sustentari dicitur, qui non potest sustentari spectatâ consuetudine religionis, qualitate & statu personæ, etsi non cogatur mendicare, nec patiatur defectum necessarium alimentorum, ut cum Glos. *in c. 1. §. Lane. h. t. in 6. V. absque penuria.* Pirh. *h. t. n. 29.* de monialibus verò *in cit. §. sanè* statuitur & distictè prohibetur, ne in monasteriis ordinum non mendicantium (qui nimirum bona immobilia possident) plures recipiantur sorores, quam quot ex bonis seu proventibus earundem absque pecunia sustentari possunt. is autem, ut eadem Glos. cum penuria vivit seu sustentatur, qui patitur defectum necessarium alimentorum, ideoque mendicare cogitur. Unde pater, si ultra numerum monialium, quæ ali



ali possunt aliquæ recipiantur, earum receptio sit irrita, cujus contrarium est in receptione virorum, ita ut si in monasteriis eorum plures recipiantur, quam sustentari possint, agatur quidem contra decretum Tridentini eorum tamen receptio non sit irrita, ex ea ratione, quod viri cœtibz hominum se immiscere & sibi ad vitam necessariam comparare possint. ita cum *gloss. cit. V. irritam*. Pirh. *b. t. n. 28.* de cætero non prohibetur receptio monialium ultra numerum in tali monasterio, si sufficienter dotata recipiantur, cum id simoniacum non sit, quia dos non datur in pretium receptionis, sed ut stipendium necessarium ad vitæ sustentationem. ut *Nav. tr. de re dit. Eccl. q. 1. monito 62.* Azor. *p. 1. l. 13. c. 9. q. 1.* Sanch. *l. 7. moral. c. 25. n. 4. § 5.* Pirh. *cit. n. 29.* Vide *Castrop. tom. 3. pag. 177. n. 4. § 5.* Insuper Trid. *lc. prohibet*, uti & statutum olim *c. 10. 12. § seq. caus. 18. q. 2.* ne monasteria & domus regularium erigantur sine Episcopi, in cujus diœcesi erigenda, licentiâ prius obtentiâ, quam licentiâ locorum ordinarii dare non possunt ad erigendos novos conventus, præsertim mendicantium, nisi prius consiterit, num in ea civitate vel loco commode sustentari possint sine populi aliorumque religiosorum in eo loco existentium detrimento, adeoque iusta quarela, unde & hi alique omnes, quorum interest vocari & audiri debent, prout decernit Clemens VIII. in *constit. edita anno 1603. 8. Julii* extatque apud *Piafec. prax. Episc. p. 2. c. 3. a. 6. n. 33.*

*Quest. 909. an, quando & qualiter celebranda capitula regularium.*

**I.** *R*esp. de hoc statuuntur plura in Concilio generali lateranensi sub Innoc. III. quod & quæ referuntur in *c. 7. & 8. h. t.* ac primo quidem juxta *c. 7.* concilium seu capitulum provinciale regularium haberi debet de triennio in triennium, id est singulis trienniis in uno monasterio ad hoc apto, habita nimirum ratione distantie quod ad omnes. Secundò ad illud convenire tenentur omnes Abbates. Priores seu præpositi, seu proprium Abbatem non habent, nec istiusmodi capitulum celebrare consueverunt cum eo moderamine, ut nullus eorum plus quam sex evocationes, hoc est, sex equos & octo personas adducant, vivantque communiter facientes omnes communes expensas secundum proportionem, nimirum pro numero personarum & æquorum secum adductorum & secundum facultates cujuslibet, & commorentur simul, si fieri potest, aliàs pluribus simul in diversis domibus. Tertio constituitur ex iis debent quatuor qui toti capitulo præsent, pietate scientiâ, zelo animarum & experientiâ in celebrandis istiusmodi Capitulis instructi & exercitati, prælationis tamen inter se auctoritatem non habentes. Quarto durare debet hoc capitulum certis diebus aliquot, tractarique in eo de reformatione & observantia regulari, ac insuper nominatim determinari monasterium, in quo post elapsum triennium sequens Capitulum celebrari debeat. & quod statutum fuerit in eo, quatuor illis præsidibus approbantibus, inviolabiliter observandum sine omni excusatione contradictione & appellatione; cum enim hæc inquisitio fiat causâ correctionis & reformationis, locum habere non potest appellatio, nisi excederetur in modo; nec recusatio; cum cæteri eligendo eos, eorum personas approbaverint. ut *Gloss. in c. 7. h. t. V. § appellatione remota.* ita ut majorem partem illorum præsidum nimirum tres consentire sufficiat, ut cum *Hostiens. in cit.*

*c. v. concord. & Jo. And. ibid. n. 10.* Pirh. *b. t. n. 22.* dicens id esse benignius, & adhuc satis concordare illos ceteri *Arg. l. quod major ff. ad municip. contra Abb. ibidem n. 4.* cententem necessarium esse, ut, quod majori parti capituli visum fuerit, ab omnibus quatuor præsidibus approbatur, ita ut aliàs uno eorum contradicente illud impediri possit. Quintò eligendæ in hoc capitulo religiôsæ ac circumpectæ personæ, quæ singulas Abbatis ejusdem provincie non solum monachorum, sed etiam monialium secundum formam sibi præscriptam auctoritate apostolica (intellige delegata vi hujus constitutionis, ut *Gl. lo. V. vice nostra*) visitent, corrigant ac reforment, quæ correctione & reformatione egere viderint. & si rectorem loci ab administratione penitus amovendum, id denuncient Episcopo proprio, ut illum amovere curet, & si is id non fecerit, visitatores hi referant ad sedem apostolicam absque eo, quod ipsi eos amovere possint, ita *c. 7. § ordinantur.* quibus non obstantibus Episcopi poterunt & ipsi monasteria sibi subiecta visitare & reformare, ut cum *Gl. lo. V. ut cum.* Pirh. *b. t. n. 23.* Barbos in *c. 8. h. t. n. 1.* quin & permittere non debent monasteria à visitatoribus gravari ut Barb. *ibid.* citatis pluribus aliis. Porro hæc statuta *cit. c. 7.* ut dicitur ibidem *§. hoc ipsam.* servanda sunt à Canonicis regularibus. Ordines qui caput generale seu unum præpositum Generalem habent, ejus jussu & auctoritate visitari possunt ac solent.

**2.** De cætero quæ in *c. ult. h. t.* præter statuta in *c. 7.* circa visitationem & correctionem in capitulis provincialibus sunt ferè sequentia, primò, ut post diligentem inquisitionem tam in temporalibus, quam spiritualibus monachos delinquentes memorati visitatores corrigi faciant per Abbatem loci, utpote ad quem primo loco spectat hæc correctio juxta *c. 7. de offic. Ordinar. & Gl. ibi V. per Abbatem.* eisque injungi pœnitentia juxta regulam S. Benedicti & statuta Apostolica & non secundum pravam consuetudinem, quæ in aliquibus monasteriis inolevit. Et si monachos contumaces inveniant juxta modum culpæ coerceant per censuram ecclesiasticam auctoritate apostolica sine personarum delectu, vel etiam ut oves morbias ejeciant. Secundò ut si Abbates in corrigendo tam se ipsos quam monasterium secundum visitatorum mandatum fuerint negligentes reperti, proclamantur & corripiantur publice etiam in capitulo, ac ita puniantur ad aliorum exemplum *cit. c. ult. §. si vero.* non tamen, ut inde colligatur, ob quamlibet negligentiam regularis disciplinæ, sed solum ubi negligentia fuit magna & supina, & si desuper sæpe moniti sunt, deponendi *Gl. in c. cum ad monasterium. h. t. V. negligens.* Abb. *incit. c. ult. n. 3.* Pirh. *b. t. n. 26.* Tertio, ut dum agitur contra prælatum ad deponendum eum ab officio, non sit necessarium instruere & accuratè servare ordinem judicarium seu processum ordinariæ, sed sufficiat summarie ac de plano inspectæ rei veritate procedere. *cit. c. ult. ibi absque judiciorum strepitu.* cum prælati & personæ regulares liberius ac facilius ab officiis, & administrationibus amoveri possunt, quam sæculares juxta *c. 24. de accusat. § 32. de Simon. & Gl. in c. ult. h. t. v. sine strepitu.* Abb. *ibid. n. 3.* Quarto ut si prælatus ob dilapidationem bonorum aliâve culpam vel negligentiam deponatur, capitulum non succedat in administratione, sed interim administrator in temporalibus deputetur donec alius prælatus constituatur; cum in tali



casu plerumque capitulum seu conventus sit suspectus, quod consenserit, juxta quod ait Innoc. in c. 18. de accus. v. Episcopo, malum caput malam præsumptionem facit de membris, adeoque tutum non sit administrationem committi Capitulo Pirh. cit. n. 26. cum Jo. and. in c. ult. h. t. n. 10. Quinto, ut visitatores posteriores diligenter inquirent de prioribus visitatoribus & eorum negligentias & excessus referant sequenti capitulo, ut juxta culpam publicè pœnam recipiant. cit. ult. §. sequentes. Sexto, ut hæc omnia ferventur quoque in monasteriis monialium quod ad ea, quæ Abbatissis & monialibus congruunt. cit. c. ult. §. ult. cum quæ statuta de abbatibus & monachis regulariter quoque servata proportione statuta censeantur de Abbatissis & monialibus: masculino comprehendente feminum, non tamen contrà. Abb. in cit. c. ult. n. 5.

*Quest. 910. quid specialiter statutum circa visitationem monialium?*

**I.** Resp. circa hanc visitationem in Clem. 2. h. t. statuuntur sequentia primò, ut singula monialium monasteria non exempta per Ordinarios autoritate ordinaria; exempta sedi Apostolicæ & nulli alii subjecta, autoritate apostolicâ delegatâ; exempta vero, quæ sunt prælatis Ordinum exemptorum per illos singulis annis debeant (nimirum necessitate præcepti, ut Gl. ibi v. debeant) visitari. quæ constitutio innovata Trid. Less. 25. de regular. c. 9. per cuius decretum, nulla iurisdictio concessa Episcopis in monasteria earum sedi Apostolicæ immediatè subjecta, nisi in concernentibus spiritualia, in temporalibus verò nihil agere possunt juxta declarationem Concil. lc. apud Gallemart. ibid. n. 2. uti nec ex sententiâ congreg. Concil. ut Gallemart. lc. n. 3. iurisditionem vel autoritatem ullam ordinarii sibi possunt vindicare ex decretis Concilii Tridentini in Confessarios monialium, quæ subjectæ sunt regularibus; quamvis etiam his monialibus vi decreti Trid. dare possint confessarium, quæ nulla ratione induci possunt, ut regularibus Confessoribus confiteantur ut Gallemart. lc. c. 10. n. 1. quin & dare possint non subjectis Confessarium quem maluerint sive regularem alicujus ordinis sive sæcularem ut Idem n. 2. Secundò in cit. Clem. §. visitatores autem. exponitur officium visitantium in reformandis monialibus, si reformatione indigeant, & in specie in quibus reformari debeant. quæ vide. Tertiò §. ipsos autem. præscribitur numerus personarum quas visitatores monialium secum ducere possunt, nimirum duos Notarios, & duas personas Ecclesiæ suæ, Cathedralis vel inferioris, & quatuor alios viros honestos & maturæ ætatis, quia an debeant esse clerici, an vero possint esse laici, quamvis textus cit. Clem. non distinguat congregat. tamen Episc. & regularium teste Fagn. in c. 17. de offic. Ordinar. n. 21. prohibet laicos interesse monialium visitationi. Quarto §. ult. cit. Clem. decernit, ut si qui ipsos hos visitatores in officio suo impedire præsumserint, nisi moniti respiciant, ipso facto excommunicationem incurant, non obstantibus quibuscunque privilegiis contrariis, consuetudinibus & Statutis à qua tamen gl. fin.

hic absolvere possit Ordinarius. Quintò §. illas quoque. præcipit mulieres illas, quæ vulgo canonicæ sæculares dicuntur, & ut Canonici sæculares vitam ducunt, non tamen bonis propriis renunciant, nec professionem aliquam religionis faciunt (quales plures Parthenones Virginum nobilium sunt in Germania) per Ordinarios locorum, si exemptæ non fuerint propriâ eorum autoritate, si autem exemptæ autoritate Apostolica visitentur. Hæc autem circa illos statuendo, non incendit Pontifex eorum statutum, regulam, ordinem approbare, ut habetur in c. 43. §. penult. de elect. in 6. neque tamen etiam eam vivendi rationem damnat aut improbat Et quia propriè religioz non sunt, utpote tribus votis substantialibus non obstrictæ, licet simul in eadem domo sub una Abbatissa seu præposita vivant nulla lege clausuram servare coguntur, ut cum Azor. p. 1. l. 13. c. 9. q. 5. Pirh. h. t. n. 47.

*Quest. 911. Regulares an & qualiter præponi possint Ecclesiis, parochialibus, aut etiam habere beneficia non curata.*

**I.** Resp. primo: quamvis jure Canonico antiquo monachi poterant parochiis & curæ animarum præfici, ut constat ex c. in parochia. c. cum pro utilitate. c. ne pro cuiuslibet. can. 16. q. 1. idque propter prædicationis officium, seu animarum curam quæ est privilegiata juxta c. quod dei s. h. t. per quod tamen hoc ipsum immutatum quod ad monachos, permissumque solis canonicis regularibus. Jure tamen novo hodierno neque monachi neque Canonici regulares aut alii religiosi ad Ecclesias parochiales aliasve curatas sæculares (nisi monasterii sint unitæ, sine Papæ dispensatione assumi possunt, nec in perpetuum, nec ad tempus ex Decreto Gregor. XIII. relato à congregat. concilii apud Sanch. l. 7. mor. c. 29. n. 71. Barbosa. in cit. c. 5. n. 3. multoque minus regulares habere possunt beneficia non curata seu simplicia Fagn. in cit. c. 5. n. 18. Pirh. h. t. n. 18.

**3.** Resp. secundò: monachi, dum de legitima autoritate præficiuntur Ecclesiis parochialibus secum habere debent socium ordinis sui juxta c. 2. h. t. non tamen canonici regulares, nisi quando socium commodè habere possunt juxta cit. c. 5. h. t. pro ut hoc discrimen inter utrosque statuunt gl. in cit. c. 5. v. regimen. Abb. ibid. n. 9. Sanch. l. 6. mor. c. 6. n. ult. quamvis gl. in Clem. 1. §. ad hæc v. ad claustrum. Jo. and. in cit. c. ult. & alii aliter distinguunt; nimirum, ut, si Ecclesia parochialis, cui præficiatur regularis, sive monachus sive canonicus regularis non est plene subjecta monasterio, necesse non sit ei præfectum habere secum socium sui Ordinis, secus si Ecclesia est unita monasterio eique subjecta, ita ut tunc haberet socium, si ei præfectus sit obedientiarius seu vicarius ad nutum amovibilis, utpote de quo, & non de perpetuo institutis intelligendi sunt canones qui dicunt monachos non debere singulos sive solos poni esse in parochiis, verum huic distinctioni ob stare videtur, quod c. 2. h. t. dicat: per quascunque parochias, quæ verba cum sint universalis, complectuntur etiam illas, quæ sunt extra monasteria & illis non unitæ ita cum Sanch. cit. c. 6. in fine Pirh. lc.



## CAPUT II.

De clausura & peculio regularium tam virorum  
quàm mulierum.

*Quest. 912. nomine clausuræ seu claustris quid veniat?*

**R** Esp. intelligitur totum illud spatium, quod ambitur & clauditur muris, parietibus & septis monasterii Sanch. l. 6. mor. c. 17. n. 12. Donat. Tom. 1. tr. 3. g. 1. Unde non tantum monasterii officina & habitacula interiora, sed etiam horii monasterio contigui inter præfatos muros & septa inclusi quò regulares se distractionis causâ conferunt, sub clausura comprehenduntur ut Sanch. l. n. 14. Donat. g. 1. Item Sacristia, si existat intra dicta septa vel ab eis immediatè pateat aditus ad illam; secus si extra septa existens soli Ecclesiæ sit conjuncta ab eaque immediatè pateat aditus ad illam; idemque de choro dicendum. Donat. g. 12. Pelliz. Tom. 1. tr. 15. g. 31. Bonac. de claus. g. 9. p. 1. Reiffenst. h. t. n. 27. Et in genere, ut Pirh. h. t. n. 42. omnis locus, siue sit area, siue hortus, siue conclave in quem monialibus licet ingredi; cum enim iis prohibitum sit egredi extra claustrum, omnis locus, in quem ingredi possunt, erit intra claustra & consequenter ad eum alia personæ ingredi non possunt. qua propter jam ut declaravit Gregor. XIII. in Bulla sua de sacris virginibus apud Castrop. tr. 16. d. 4. p. 9. n. 5. non licere monialibus habere ostium, per quod ex monasterio interiori accedi possit in Ecclesiam exteriori monialium, in quam sæcularibus ad missam & officia divina patere solet accessus; nec etiam licere iis egredi à janua, quæ est pro clausura monasterii ipsius, etiam ad claudendam januam, quæ aditus patere solet sæcularibus, venientibus vel ad rotam vel ad crates seu loca colloquiis destinata, aut eam ad pulsandam januam ipsam clausuræ cum istiusmodi loca pro prædictis causis patere solita sint extra clausuram. proinde etiam à violatione clausuræ non excusantur exeuntes ad Ecclesiam etsi illius ostium eo tempore sit clausum; cum id sit per accidens, ut Castrop. l. c.

*Quest. 913. an & à quibus induci possit hæc clausura & inducta instaurari.*

**R** Esp. potest Episcopus inducere illam auctoritate Ordinaria monasteriis sibi subiectis auctoritate verò delegatâ monasteriis subiectis sedi Apostolicæ, uti expressè deciditur à Trid. sess. 25. c. 5. & 21. de regular. in monasteriis non subiectis Episcopo nec etiam immediatè sedi apostolicæ, sed prælati earum regularibus, præter hos prælatos, quibus id commissum per c. periculoso h. t. in 6. posse quoque clausuram inducere & in ductam restaurare & curare, ut ea observetur, Episcopos auctoritate delegata illis à Papa, affirmat piaces, in prax. Episcop. p. 1. v. monialis. g. 4. & Barbos. 3. p. de potest. Episc. alleg. 102. n. 7. & 8. referens sic decimum à congreg. Concilii, quibus inhæret Castrop. l. c. n. 7. Non enim ex eo, quòd in cit. c. periculoso h. t. in 6. ea potestas committatur dictis prælati, rectè inferitur, eam per Trident. & constitutionem Pii V. non fuisse concessam Episcopis, dum Trid. loquens de monasteriis papæ subiectis non sine causa omisit dicere; immediatè subiectis, sicut dixit Bonifac. VIII.

in c. periculoso, sed ex ea ratione, ut extenderet potestatem Episcoporum ad monasteria subiecta sedi Apostolicæ siue immediatè siue mediatè, medijs nimirum Prælati regularibus, quòd ipsum Pius V. in motu suo proprio, circa Pastores. videtur expressè declarasse, dum inquit, in iis monasteriis, quæ ad Romanam mediatè vel immediatè spectant Ecclesiam sedis Apostolicæ auctoritate una cum superioribus eorum Prælati (hoc est, simul ac ipsi hi prælati) clausuram servari procurant, nempe Episcopi. Qualiter autem dicta constitutio Piana non deroget Constitutioni Bonifac. VIII. aut etiam decreto Trid. sed potius illis faveat, cum per hoc, quòd Episcopis quoque astruat facultatem indicendi clausuram monasteriis mediatè subiectis Pontifici non tollat aut minuat facultatem ipsorum Prælatorum regularium, optime declarat Castrop. l. c. & confirmat ex eo, quòd jurisdictioni, quam habent ordinarii absolvendi à peccatis & censuris, non derogetur per hoc, quòd regulares eandem potestatem habeant ex privilegio. Porro licet Superiores Ordinum clausuram necessariam seu à jure jam determinatam pro libitu aliter determinare, declarare aut variare non possint v. g. facere ut hortus intra septa monasterii existens non sit de clausura, possunt tamen ea loca quæ de rigore juris de clausura non sunt, vel de quibus dubium est. V. g. Sacristia, chorus &c. pro eadem determinare & declarare. Pelliz. Donat. Reiffenst. LL. cit. De cætero præterquam quòd Bonifac. VIII. Trid. Pius V. Gregor. XIII. Paulus V. districtè præceperint ut clausura conservetur, aut ubi non est, inducatur, eaque decreta innovaverit Alex. VIII. prohibens insuper sub pœna nullitatis, ne imposterum ad habitum regularem admittantur novitiæ vel jam in probationis anno existentium professiones excipiantur, nisi monasterium in quo vestiri & profiteri cupiunt amplexum sit & ad amissum observet clausuram, quam relati superius Pontifices præscriperunt; poterunt modò Episcopi auctoritate apostolica præcipere ipsis monialibus strictam clausuram, quamvis eam expressè professæ non sint; cum hoc conforme sit primæ earum regulæ & ad votorum observationem necessarium, adeoque indirectè spectans ad professionem ut docet D. Thom. Quodlib. 10. a. 10. Sanch. l. 4. sum. c. 15. c. 3. Castrop. l. c. n. 2. Delben, de immunit. Eccl. c. 19. du. 3. §. 1. citatis aliis Sylv. p. 1. v. clausura. cas. 1. & 2. His proinde non obstantibus, quæ circa decretum illud Alex. VIII. rescribere duo Nuncii apostolici Colonienses, quorum verba recitat La croix, l. 4. n. 68. quem vide.

*Quest. 914. Qualis sit obligatio monialium non excundi, & num aliquæ ab hac obligatione liberentur.*

**R** Esp. ad primum: omnes ac singulæ moniales gravissimè obligantur ad clausuram quòd ad egressum, ita ut mortaliter peccent, & ipso facto excommunicationem incurrant; quæ sine causa iusta & licentia clausuram egrediuntur etiam ad breve tempus ut constat ex claro textu c. unic. h. t. n. 6. junctis decret. Trid. l. c. quo eadem innovantur & confirmantur. Variorumque Pontificum Pii V. quæ est illius in ordine 8, in Bullar. cui subiectam  
ejus



ejus declarationem, quae incipit *Decoris* §. 2. verbotenus recitat Reiffenst. *h. t. n. 28.*

2. Resp. ad secundum: hanc obligationem etiam vi constitutionis Bonif. VIII. habent omnes expressè vel tacitè professæ, sive ante clausuram promiserint & servaverint, sive non. ut Suar. *Tom. 4. de relig. l. 1. de oblig. relig. c. 2. n. 11. & 14. Sanch. l. 6. mor. c. 15. n. 12. Pirh. h. t. n. 33.* & sic in specie etiam moniales conversæ, quæ ad servitia & ministeria domestica deputatæ, si amittant tria vota substantialia, quamvis ad colligendas Eleemosynas de licentia egredi possint de quo *quest. seq.* Hac tamen obligatione non egrediendi clausuram adstringuntur novitiæ monialium, sed de licentia superiorum suorum egredi possunt v. g. ad recuperandam valetudinem, ita ut, si habitum retineant, per talem egressum non interrompatur annus probationis, secus tamen, si sine licentia egrediantur; quia tunc recedunt ab obedientia, adeoque interrompitur probatio, Suar. *lc. n. 16. Pirh. lc.*

*Quest. 95. quænam sint causæ legitimæ egrediendi clausuram & dandi ad hoc licentiam.*

1. Resp. primò in genere: has causas esse debere gravissimas Sanch. *lc. c. 15. n. 3.* non nisi tales censent legitimæ, ut colligitur ex Trident. dum eas legitimæ censuit, quas Pius V. adduxit; dum hic addit ob nullas alias causas concedendam licentiam exeundi, pro ut etiam declarasse S. congregationem plures dicunt apud Barbos *n. 15.* tenentque Zerol. apud Sanch. *lc. n. 36.* nihilominus ob alias acque graves aut graviore causas concedi posse licentiam probabilius sustinent Sanch. *n. 37. Castrop. lc. n. 13. Nav. in coment. 4. de regul. n. 48. Barbos. p. 3. de potest. Episc. alleg. 102. à n. 16. Laym. l. 4. tr. 4. c. 12. n. 1. Azor. p. 1. l. 13. a. 8. q. 1. infine. Rodriq. reg. 99. Tom. 1. q. 49. a. 3. Gutt. 99. can. c. 14. n. 9. Suar. *Tom. 4. de relig. tr. 8. l. 1. c. 9. n. 3. Pirh. h. t. n. 34. Reiffenst. n. 30.* siquidem passim receptum est dispositionem legis, non solum favorabilem, sed & odiosam ad casus similes sub ratione decidendi comprehensos extendi, cum ea dicenda non sit extensio sed inclusio uti hæc pluribus ex utroque jure exemplificat Castrop. *lc. Nav.* adeoque in præsentia, licet Pontifex trestantum causas legitimæ egressus exprimat, nil vetat, quò minus ex aliis quoque causis similibus aut efficacibus ob paritatem rationis; quia nimirum continet grave nocumentum monasterii totiusque communitatis egressus hic si concedendus. quin imò, etsi Sanch. *lc. 39. Barbos. n. 20. Gutt. n. 7. Rodriq. ic. Delb. lc. de 7. Zerol. in pr. Episc. p. 2. V. monialis in fine.* & alii apud Castrop. qui dicit sententiam hanc communem, contrarium teneant seu non esse faciendam extensionem ad alias causas dissimiles etiam graviore v. g. à continentibus bonum commune Monasterii totius ad causas graves, continentibus bonum privatum alicujus monialis in particulari; tamen aliam ad hanc licentiam exeundi dandam sufficere probabilius sentire videntur Suar. *lc. c. 9. n. 9. Nav. lc. n. 49. Azor. lc. Peyr. Tom. 2. privul. minimor. in constit. 6. pii V. n. 24. Pirh. h. t. n. 34. Reiffenst. n. 33.* & alii quorum sententiam probabilem quoque censet & rationibus stabilit Castrop. *n. 15.* ut mox videbimus, secundum hæc itaque*

2. Resp. secundò in specie; tales causæ graves & legitimæ sunt sequentes, prima quæ expressa est in c. *unic. h. t. in 6.* Si monialis laboraret morbo tali, quocum sine aliarum infectione vel etiam sine scandalo commorari non posset in monasterio & cum aliis communicare, v. g. lepra, quo nomine venit in-

firmitas contagiosa, ob quam eadem infectus à communi consortio sepatetur. Epidimia, quo nomine intelligitur non tantum morbus pestifer qui majorem partem eo infectorum perimit, sed & qui facillè ad alios diffunditur, etsi majorem partem non interimat. Talis quoque causa sufficiens juxta sententiam alteram æquè, si non magis probabilem, est gravis morbus unius monialis, etsi non contagiosus, sed soli patienti nocivus, cujus remedium ex egressu monasterii speratur, manendo intra clausuram desperatur. non enim videtur humanus legislator obligare posse cum tam gravi damno præsertim periculo vitæ privati, sive, ne is declinet mortem, etiam supposita voluntaria obligatione assumpti statûs, nisi per istam declinationem periclitetur maximè bonum commune, qualiter ex egressu unius aut alterius monialis infirmæ, cujus salus speratur extra, & desperatur intra clausura, non videtur periclitari bonum commune castitatis & religionis. unde Pontifex censendus non est præcepto illo clausuræ voluisse in hoc casu cum dispendio vitæ moniales in particulari obligare, pro quo etiam Suar. *lc. n. 3. & Donat. Tom. 4. Tr. 4. q. 2.* referunt declarationem Cardinalium quam verbotenus recitat Reiffenst. *lc.* quin etiam pontifex non spectasse solam causam publicam & toti conventui nocivam, sed etiam particularem singulis monialibus graviter periculosam, probatur exemplo incendii, quòd si ita corripere monasterium, ut una aut altera periclitaretur & esset comburenda, nisi egrederetur clausuram, reliquis absque periculo remanentibus intra eandem. item exemplo mortis violentæ & oppressionis imminens ab invasore, quem evadere non posset, nisi se proriperet fugiendo extra clausura, reliquis in tuto manentibus; in quibus casibus, ipsis etiam adversariis concedentibus, nemo negabit adesse causam sufficientem egrediendi, dum nomini facultas naturalis tuendi vitam citra periculum boni communis sit subtrahenda; cum eo tamen discrimine inter duas postremas sententias & infirmitatem, quòd propter hanc inconsulto prælato non possit exire, uti potest in casu incendii & invasoris; cum hi non patiantur moram. atque ex his jam infertur, licere moniali licentiam exeundi concedere non tantum ubi urget periculum mortis, sed etiam quando aliàs sine spe curationis remanere deberet perpetuò misera, in infirmitati & gravibus doloribus subjecta, pro ut id ipsum confirmat praxis & consuetudo, quæ est optima legum interpret. *l. 37. ff. de LL.* quæ videmus à piis & doctis Ordinariis absque scrupulo concedi monialibus hic & nunc in particulari licentiam egrediendi clausuram ad balnea sanitatis causâ urgente necessitate, sic quoque videtur esse sufficiens causa egressus ad aliud monasterium, si in eo, in quo monialis existit ob aëris intemperiem vel alimentorum qualiteram continua laborat infirmitate, cui medendum sperat loci mutatione, ut Gutt. *99. can. l. 2. c. 14. n. 10.* apud Castrop. *lc. n. 18.* qui id ipsum non negat absolute, sed suppositâ sententiâ, quæ neget ob causam singularem & propriam unius monialis posse clausuram desereri. His tamen non obstantibus quòd Pius V. declaret infirmitatem pro causa insufficiente egressus, cum loqui censetur non de infirmitate qualibet etiam periculosa quæ ordinariè causa sufficiens non est (dum vel sic præberetur anfa passim clausuram violandi) sed de ea, quæ nisi egredietur curari non posset.

3. Secunda causa exeundi est, quam adjecit & expressit Pius V. non corrigendi, sed declarandi causâ tam Frid. quam constitutionem Bonifac. VIII. in c. *unic. h. t. in 6.* nempe grave seu periculosum incendium immi:



imminens non tantum toti monasterio, sed unicuique moniali secundum dicta. sunt & alia causa etiam non expressa à Bonif. VIII. aut Pio V. dum non sunt sub exclusis ab illis, ut inquit Castrop. l. c. num. 16. cum dictione taxativa & generali non censentur exclusae causae, ob quas iure specialiter, concessus egressus. Tales sunt si monialis egrediatur ad regendum monasterium aliud ejusdem ordinis tanquam Abbatissa vel magistra novitiarum uti contra Zerol. pr. Episc. p. 2. v. monialis. du. 8. citantem pro se Sayrum Azor, Tamb, Lezan, Dian, & alijs. docent Nav. l. 3. consilior. de regular. conf. 48. alijs h. t. conf. 5. num. 3. Sanch. l. 6. c. 15. num. 45. Barbos. l. c. num. 15. Suar. l. c. c. 9. num. 13. Castrop. l. c. Pirh. h. t. num. 35. Delbin. c. 19. du. 14. n. 3. citatis plurimis alijs qui etiam idem num. 4. dicit de praeficiendis in alio monasterio Portæ seu rotæ alterive muneris, quod ad bonum commune religionis seu monasterii spectat. Juxta quod id expressum à Trid. sess. 25. c. 7. de regular. Idem est, si egrediendum ad fundandum seu inchoandum aliud monasterium. ut Navar. cit. conf. 48. Sanch. l. c. n. 47. Delb. l. c. n. 8. & seq. Suar. l. c. num. 13. Castrop. Pirh. LL. cit. Barbos. num. 21. Item si monasterium totum transferendum sit in locum commodiorem. Rodriq. l. c. q. 49. a. 5. Coroll. 4. Sanch. num. 53. Suar. Pirh. LL. cit. Castrop. num. 17. juxta quod approbavit Trident. Idem est, si ob incursum hostium à quibus forte honor eorum aut vita periclitaretur, coguntur fugere. unde, ut Barbos. in cit. c. unic. n. 16. possunt moniales exire monasterio seque in locum tutum recipere Delb. c. 19. du. 13. Item justa causa exundi est, si quæ monialis transire vult ad aliud monasterium strictioris observantiae causâ, Delb. l. c. Pirh. l. c. Idem est, ubi necesse est monialem recludi in alio monasterio ad agenda poenitentiam (quæ causa ut legitima approbata in c. quoniam. de simon.) vel ut ibi corrigatur, dum commodè in proprio monasterio corrigi nequit; cum tunc exitus non tam sit voluntarius, quam necessarius, bonumque in commune in tali exitu spectetur ut nimirum timeant alia moniales, ne malo exemplo minus puniunt & correctæ pervertantur ita Castrop. l. c. & quos citat Sanch. Suar. Rodriq. Nav. LL. cit. item Pirh. cit. n. 35. in fine. Delb. l. c. num. 10. secus est si specialis sit incorrigibilis & in proprio monasterio recludi possit in carcere sine molestia inde creata monasterio v. g. à cognatis, de quo casu intelligendi Barbos. l. c. n. 27. Delb. du. 18. quos citat in contrarium & sequitur La croix l. 4. n. 70. Item causa justa est, dum Abbatissa ratione feudi quod habet monasterium à principe sæculari, ad præstandum eidem homagium exire cogitur, dum obtinere nequit, ut id per procuratorem præstet, poterit comitantibus eam unâ alterave ex antiquis monialibus & capellanis illius exire, ac præstito fidelitatis juramento statim (intelligendo illud statim moraliter juxta mox dicenda) ad monasterium redire, pro ut conceditur & statuitur cit. c. unic. §. verum: h. t. in 6. juncta gl. ibi v. societate. de cætero monet Pontifex cit. c. §. porro. Principes & Dominos sæculares, qui jurisdictioni temporali præfunt, ut Abbatissas aliasque moniales curam seu administrationem habentes permittant per procuratores suos in suis tribunalibus litigare, ne detur illis occasio vagandi, alioquin, si contra, P. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

trarium præsumperint per Ordinarios suos Ecclesiasticos ad hoc censuris Ecclesiasticis compellantur; cum juri & honestati contrarium sit mulieres cogere ad litigandum per se ipsas in judicio, Episcopis verò aliisque prælatis quibuscunque injungit, ut omnes monialium causas temporales & spirituales, per procuratores in suis curiis tractari faciant, ut gl. ibid. v. tractari. Denique an & quando sufficiens causa egressus sit necessaria collectio elemosynarum, dictum est supra. Delb. l. c. d. 20. num. 4. Illud hic notandum cum Castrop. n. 19. & Pirh. n. 36. citante pro hoc Sanch. cit. c. 15. num. 60. quod dum dicitur cit. c. unic. cessante causa, propter quam egressio concessa, debere illico monialem regredi ad clausuram, id non intelligendum metaphysicè, ac si quælibet mora constituat peccatum mortale, sed tunc tantum, quando est ita diuturna, ut per se appareat fieri eam in fraudem legis, qualis non censetur unius alteriusve diei Delb. l. c. du. 2. num. 4. ut Castrop. l. c. cum Rodriq. l. qq. reg. q. 47. num. 11. & Sanch. cit. num. 60. qui inde infert monialem exeuntem causâ foundationis, gubernationis, correctionis, licet rectâ viâ tendere debeat, si aliquantulum demoretur, vel à via rectâ intra octo vel novem leucas discedat, causa invisendi cognatam, aut piam aliquam imaginem, non violaturam per hoc clausuram; quia est brevis detentio, & moraliter necessaria spectato communi stylo itinerantium.

Quæst. 916. An & à quibus approbandæ causæ egressus & à quibus is concedendus?

**R**esp. primò: necesse est causas egrediendi recognosci, approbari & ob illas concedi licentiam à superiore, ut habet communis & certa, juxta quod expresse statuit Trid. sess. 25. c. 5. de regular. & Pius V. in constitutione sua, quæ incipit: *decori & honestati*. Estque is respectu monasteriorum non exemptorum necessario & private Episcopus vel alius ordinarius loci, in eo habens jurisdictionem quasi Episcopalem, adeoque etiam Vicarius Generalis Episcopi, non tamen foraneus, nisi hic specialiter sibi hanc potestatem reservaverit; cum etiam Vicarius generalis sit Ordinarius habens idem cum Episcopo tribunal. & Sanch. cit. c. 15. n. 30. Castrop. l. c. num. 9. Barbos. p. 3. de potest. Episc. alleg. 102. num. 28. Pirh. h. t. num. 37. respectu vero monasteriorum exemptorum seu subjeutorum immediate sedi Apostolicæ aut Prælati regularibus monialium, secundum sententiam probabiliorum & juxta expressa verba cit. const. Pii V. & moris ejusdem proprii tenent Nav. in comment. 4. de regular. n. 6. Azor p. 1. l. II. c. 8. q. 1. Zerol. pr. Episc. p. 2. v. monialis. du. 8. Sanch. l. c. num. 28. Barbos. l. c. Suar. cit. c. 9. n. 15. Castrop. Pirh. LL. cit. contra Rodriq. l. c. q. 49. a. 6. dicentem citatam Bullam Pii V. quò ad hoc non esse receptam in Hispania, necessaria adhuc de rigore juris est approbatio illa & concessio exitus è clausura facta ab Episcopo, aliove ordinario, etsi non nisi autoritate delegata, ita ut approbatio illa facta & licentia data à solis Prælati regularibus non sufficiat, cum si non veniant nomine Ordinariorum, sic tamen ab illis facta approbatio quoque necessaria, quin & Castrop.



Castrop. præscindendo à rigore juris, spectato usu & consuetudine credat approbationem & licentiam Episcopi saltem in Hispania non esse necessariam, sed sufficere datam à dictis prælatis, pro quo præter Rodriq. citat Sanch. l. c. n. 28. Mirand. in man. Prælator. tr. de sacris monial. Joan. de la Cruz. de stat. relig. l. 1. c. 5. du. 3. &c. sed neque Vicarium generalem Episcopi habere illam potestatem, saltem vi Vicariatus respectu monasteriorum exemptorum; cum quo ad illa Episcopus procedat ut delegatus Apostolicus, potestas autem delegata Episcopi non transeat in Vicarium, nisi expresse ei committatur, secus ac potestas Episcopi Ordinaria, censet Sanch. l. c. num. 30. quamvis Castrop. num. 10. censet neque Ordinariam neque delegatam hanc potestatem competere Vicario citra specialiter ei factam; cum plura sint, qui etsi competant Episcopo jure ordinario, egeant tamen speciali mandato ut intelligantur commissa Vicario, eo quod sint gravius momenti. Idemque dicendum sit de Vicario capituli sede vacante; quod tamen ipsum habere hanc potestatem sicut Episcopum recto Ecclesiæ regimine sic exigente admittit Castrop. non obstante, quod ea, quæ competunt Episcopo jure speciali & ex delegatione sedis Apostolicæ non transeat ad capitulum sede vacante, quia id intelligendum dicit cum Barbos. l. c. alleg. 36. num. 16. de iis quæ competunt Episcopo jure specialissimo, & non de competentibus ei jure speciali communi & tanquam Ordinario attributo.

2. Resp. secundo: quod, si tamen stante causa, de cujus legitimitate manifestè constat, Episcopus vel Prælati regularis nolit concedere licentiam egrediendi (secus si de ea non constet manifestè, sed ea sub dubio vel opinione est, tunc enim standum superioris judicio) poterit monialis absolutè exire sine licentia obtenta, quia necessitas legem non habet, & ad clausuram cum periculo propriæ vitæ aut gravi detrimento boni communis, neque ex voto neque ex lege ecclesiastica obligatur, est tamen & tunc eam petendi obligatio tam ex voto quam ex lege ecclesiastica, si perita obtinenda speratur. Sanch. l. c. num. 51. Castrop. num. 11. quin & negata licentia per accidens, nimirum ob scandalum vel infamiam religionis ortam ex contemptu præcepti prælati, esse obligationem manendi intra clausuram etiam cum periculo vitæ, tradit idem cum Suar. cit. c. 9. n. 12. & 16.

*Quæst. 917. quænam pœna statuta monialibus illicitè egredientibus, iisque ad hoc cooperantibus, licentiam iis ad hoc dando aut eas comitando, & egressas recipiendo.*

1. **R** Esp. ad primum: quanquam neque Bonif. VIII. in cit. c. periculoso neque Trident. pœnas ullas statuerit adversus moniales egredientes, aut iis ad hoc cooperantes, sed solum adversus illicitè ingredientibus earum clausuram, ut rectè Delb. de immunit. Eccl. c. 19. du. 22. num. 2. Castrop. l. c. n. 20. contra Rodriq. l. c. a. 5. Pius V. tamen in consuet. sua. decori & honestati tam contra moniales egredientes aliter ac iis permillum in dicta consuet. quam contra aliter concedentes iis ad hoc licentiam, item contra comitantes & recipientes illas sine sint Laicæ seu sæculares, sive Ecclesiasticæ, sive sint consanguineæ, sive non, statuit excommunicationem ipso facto sine alia declaratione in-

currendam, quæ clausula qualiter intelligenda, vide apud Delb. du. 23. l. 1. num. 23.) & papæ referatam, ita tamen ut hic comitatus & receptio sit formalis, id est, talis, ut foveat illum egressum, vel ejus diuturniorem perseverantiam ut cum Rodriq. l. c. a. ult. & Sanch. l. c. num. 72. Castrop. l. c. num. 23. in fine, ac insuper contra moniales egressas & superiores iis ad hoc licentiam concedentes) non tamen contra comitantes aut recipientes illas ut Sanch. l. c. num. 63. Pirh. h. t. n. 39.) privationem omnium dignitatum, officiorum & administrationum, quæ eo tempore obtinent, reddique eas inhabiles ad ea & alia impostum obtinenda, ad quam tamen pœnam privationis & inhabilitatis requiritur sententia declaratoria judicis ut Pirh. l. c. cum Sanch. n. 65.

2. Porro circa hæc notanda sunt sequentia, de quibus dubitari poterit. Primò quod spectat personas incurrentes dictas pœnas, comprehendi quoque illas moniales legitime quidem egressas, sed cessante causa illicitè seu æquo diutius extra claustra commorantes, ut contra Sanch. l. c. n. 70. probabilius sentire videtur Castrop. l. c. num. 21. cum Llamas in methodo curat. in append. §. 10. ex e ratione; quod Pontifex illas pœnas indixerit monialibus egredientibus aliter, quam ipse disposuerat, ipse autem inter cætera disposuit, ut egrediens non nisi ad tempus necessarium extra seu foris moreretur, quam conditionem ultra illud tempus extra clausuram vagans non servat. Ad hæc Pontificem statuentem has pœnas excommunicationis & inhabilitatis non respexisse tantum tempus, quo egreditur, sed etiam, quo jam egressa vagatur extra, vel ex eo pateat, quod non utatur illo termino egredientes sed egressas, ut insinuat hit verbis idem significari in ordine ad dictas pœnas incurrendas. Item quò ad pœnas tam excommunicationis, quam privationis, statutas adversus comitantes & recipientes illicitè seu contra præscriptum egredientes comprehendi quoque Episcopos docet Sanch. l. c. num. 75. quod etsi certum reputet Castrop. l. c. num. 22. quò ad excommunicationem latam contra comitantes & recipientes egressas, magisque tamen dubium dicat de pœna privationis & inhabilitatis. addit nihilominus se verius existimare, Episcopum inique concedentem licentiam ad egrediendum, etiam hanc pœnam incurrere, tamen in c. quia periculoso. de sent. excom. in 6. statuatur, Episcopum nulla pœna suspensionis ligari, nisi ejus expressa facta sit mentio. Cum, præterquam quòd hæc privatio & inhabilitas non sit suspensio, quæ sit censura ut ait Castrop. sufficienter fiat mentio Episcopi, dum in cit. consuet. postquam dictum, Episcopi & regularis Prælati esse, concedere hanc licentiam, postea subditur privationis pœnam ferri contra prædictos superiores licentiam hujusmodi concedentes. Secundo notandum, nomine dignitatum, officiorum, administrationum intelligi illa, quæ adjunctam habent superioritatem aliquam, ut est esse generalem, provincialem, abbatem, abbatissam, aut superiorem localem, non alia officia, ut esse concionatore, confessorium, professorem Theologiæ, ut Sanch. l. c. n. 66. Pirh. cit. n. 39. in fine. Delb. l. c. du. 24. n. 1. & 2. ubi etiam quòd comprehendatur officium visitatoris, commissarii generalis & Vicarii monachorum vel monialium, non autem officium diffinitoris, aut Discreti in ordine Capucinatorum. Tertio ad prædictas pœnas incurrendas debere esse exitum completum, licet sit brevis temporis, censet Castrop. l. c. num. 24. cum



cum Sanch. l. c. num. 6. 8. & Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 102. n. 30. Talemque non esse, si extra linem clausuræ non totum corpus sed partem haberet monialis.

*Quest. 918. quinam absolvere possint à dictis pœnis aut in iis dispensare?*

1. Resp. ad primum: posse ab excommunicatio-  
ne illa absolvere Romanos pœnitentiarios  
ex commissione Pontificis, & Episcopos, si ea ex-  
communicatio sit occulta in virtute Trid. sess. 24.  
c. 6. de reformat. concedentis illis omnes casus oc-  
cultos Episcopo, tradit Delb. du. 22. num. 1. contra  
Ricciu in pr. Tom. 1. resol. 544. num. 5. Zech.  
de casib. reserv. cas. 10. num. 1. Zerot. l. c. v. mo-  
nialis ad 8. qua sit. & alios cententes Episcopos  
non posse absolvere in virtute Trident. à casibus  
post illius publicationem reservatis à Papa, cujus  
contrarium ex eo probat Delb. quod per reserva-  
tiones Concilio generali posteriores propter illius  
gravitatem decretaque in eo tam matura delibe-  
ratione sancita, non censetur derogatum, nisi in  
illis ejusque decretis fiat expressa & specifica mentio,  
ut tradunt Henriq. l. 7. c. 26. n. 3. Menoch. vol. 3.  
conf. 294. n. 11. & 12. Covarr. l. 4. variar. c. 16.  
n. 6. Paris. l. 2. conf. 2. n. 2. Cavale. p. 1. dec. 29.  
n. 16. quos citat & sequitur Dian. p. 2. tr. 5. resol.  
35. quod confirmari potest ex eo, quod hæresis  
post Trid. reservata in Bulla cœnæ & tamen juxta  
valde probabilem multorum DD. ab illa, dum  
est occulta, absolvere possit Episcopus, etiam per  
alium, virtute Trident. quæ illi non derogatur  
in Bulla cœnæ quo ad casus occultos in ea con-  
tentos. Ad hæc, quos Episcopus absolvere possit  
jam consuetudine receptum teneant DD. quos  
citat & sequitur Bonac. de claus. q. 1. p. 5. n. 1.  
Dian. p. 3. tr. 2. resol. 66. Lezan. v. clausura n. 20.  
neque etiam, ut obtundunt Adversarii, dici possit,  
quod per S. Congregationem Cardinalium decla-  
ratum contrarium, de qua Sanch. tr. de hæres.  
c. 5. du. 1. n. 1. in qua dicitur, quod in delictis  
occultis materiæ clausuræ derogatum fuerit dicto  
decreto per Constitutionem Pii V. cum de dictis  
declarationibus authenticæ non constet ut Delb.  
l. c. num. 6. Item posse ab illa excommunicatione  
licet publica quoslibet confessarios privilegiatos  
toties quoties; cum religiosi habeant privilegium  
absolvendi à casibus omnibus Pontifici reservatis  
omnibusque pœnis & censuris ex illis confur-  
gentibus, exceptis contentis in Bulla l. c. num. 2.  
Tambur. de jur. Abb. d. 19. q. 5. num. 3. Delb.  
l. c. num. 8. & alii apud illum externum seu con-  
tentiosum, & sic denunciata vide apud eundem  
du. ult.

2. Resp. ad secundum: potest quoque in  
dicta privatione & inhabilitate occultis in virtute  
Trident. sess. 24. c. 6. de reformat. Episcopus cum  
suis subditis. Delb. l. c. du. 29. dispensare item,  
ut idem num. 3. contra Graff. p. 1. l. 4. cap. 23.  
num. 12. ex privilegio religiosi superior etiam  
localis cum suis subditis regularibus, cum in eos  
jurisdictionem quasi Episcopalem habeat. Idem  
tenent Henriq. l. 14. cap. 19. num. 2. Dian. l. c.  
Peyerin. Tom. 1. de privil. minor. in cons. 6. Julii  
11. num. 24. Porrell. in dub. regul. v. claus.  
monial. num. 28. Bonac. cit. p. 5. vide quoque  
apud Delb. n. 5. aliosque ab eo citatos privilegi-  
um hoc concessum à variis pontificibus diversis  
ordinibus religiosi, & hoc præsertim, cum hæc pœnæ  
non sint reservatæ Pontifici, an verò superior reli-

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. III.

giosus etiam localis in iis dispensare possit in foro  
externo, sicut potest in foro conscientie, in eo  
non conveniunt AA. affirmant id ipsum Rodriq.  
Tom. 1. regular. 99. q. 24. a. 17. Cruz. l. 1. de stat.  
relig. c. 6. du. 15. concl. 6. negant probabiliter apud  
Delb. l. c. n. 11. Peyren. l. c. n. 25. Bonacin. l. c. n. 5.  
& alii. Illud certum videtur, non posse superiorem  
regularem delegare hanc facultatem dispensandi  
in iis, etiam quo ad forum conscientie, cum Pius  
V. in privilegio super hoc iis dato expressè dicat,  
ut religiosus superior per se ipsum id possit. Delb.  
num. 6. remittens ad Sorbum ex Rodriq. LL.  
cit.

*Quest. 919 qualiter & quibus ingressus  
intra septa monasterii monialium sit  
prohibitus?*

1. Resp. primo in genere: est is prohibitus sub  
variis pœnis de quibus in fine hujus cap.  
tum à Bonif. VIII. in c. periculoso. b. r. in 6. tum à  
Trid. omnibus cujuscunque ætatis, sexus & con-  
ditionis sine licentia ex causa legitima & necessaria  
è superiore concessa, quæ prohibitio confirmata à  
Pio V. Greg. XIII. Sixto V. variis constitutionibus  
auctis aut de novo adjectis pœnis, uti hæc omnia  
explanabuntur in sequentibus,

2. Resp. secundo: Excipiuntur nihilominus  
primo tacite Reges, Regina, earum filii & filia  
ac nepotes, ut habet communis contra Meroll. &  
Bonacin. apud Delb. cit. du. 30. argumento de-  
sumpto ex constit. Greg. XIII. quæ incipit ubi  
gratia, dum ibi prohibendo illum ingressum qui-  
buscunque personis subdit, etiamsi illæ sint Comi-  
tissæ, utpote per quæ verba satis manifestè exclu-  
duntur personæ altioris ordinis. Delb. l. c. du. 30.  
n. 3. Et quia sub generalibus istiusmodi decretis  
prohibitivis ob eorum excellentiam non compre-  
henduntur, nisi earum fiat specialis mentio, ut  
Castrop. l. c. p. 10. §. 1. n. 5. Secundo excipiuntur  
infantes necdum adepti usum rationis, sive  
masculi sive femina, nisi, ut limitat Delb. speciale  
præceptum existat in contrarium, idque non tan-  
tum, quia nec culpæ, nec censuræ capaces sunt  
sed etiam quia in ea ætate constituti monialibus  
occasionem peccandi præbere non possunt, quod  
ipsum præcavere quia mens & finis erat Trid.  
prohibentis ingressum hunc cujuscunque ætatis  
personis, dici non potest his verbis comprehendit  
etiam infantes, ac ita habet sententia communis,  
pro qua immensam turmam AA. citat Delb. l. c.  
d. 30. n. 4. à quibus dum dissentire videntur aliqui  
ab eodem citati propter declarationes aliquas, di-  
cendum est declarationes, si authenticæ sint, intel-  
ligendas tantum de pueris constitutis in ea ætate,  
ut possint esse monialibus occasio peccandi. Unde  
jam etiam moniales non prohibentur eos admittere,  
cum prohibitio illa admissionis facta monialibus  
sit accessoria prohibitione ingredientium, qualis  
respectu infantium nulla est. Ita Castrop. l. c.  
num. 2. cum Navar. comment. 4. de regul. n. 58.  
Azor p. 1. l. 13. c. 8. q. 5. Rodriq. 99. regul.  
Tom. 1. q. 46. a. 1. Suar. Tom. 4. de relig. tr. 8.  
l. 1. c. 10. num. 2. Sanch. l. 6. sum. c. 16. in 5.  
Barbos. l. c. num. 32. In dubio vero, num infans  
habeat usum rationis, ac ita comprehen-  
datur illa prohibitione, utpote jam capax pec-  
cati & censuræ, præsumitur is habere  
illum, si septennis est; secus, si septennis  
non est; cum communiter usus rationis

Q9992

non



non nisi completo septennio adveniat, quod intelligendum tam de masculo quam de femella. Delb. *l. c. n. 5. & 6.* cum Bonac. *de matrim. q. 1. pag. 4. num. 3.* E contra prohibitionem ingrediendi clausuram monialium comprehendunt amentes, non tantum pro tempore lucidi intervalli, si quod habeant, utpote pro quo capaces sunt culpæ & censuræ, sed etiam perpetuo amentes, eo quod, licet ipsi non peccent ingrediendo, perturbare tamen possint monasteria, vanisque locutionibus & gestulationibus sæpe inhonestis ad malum provocare, aut etiam aliter esse occasio monialibus ad peccandum. Unde graviter peccant, qui illos in monasteria inducunt vel admittunt ita Nav. *l. c. num. 59.* Sanch. *l. c. n. 8.* Suar. *l. c. n. 3.* Castrop. *n. 3.* Rodriq. Barbos. *LL. cit.* Delb. *l. c. n. 7.* citans insuper alios, restringens tamen hoc ipso ad amentes pubertatem adeptos, comprehendi item ea prohibitionem moniales licite egressas monasterio, ita ut & his existentibus foris non liceat pro libitu absque licentia ingredi alia monasteria sive sint ejusdem ordinis & habitus sive non, censet Castrop. *l. c. n. 4.* eo quod Trident. prohibeat ingressum monasterii omnibus, qui ad illud non spectant, sed sunt extraneæ, quales sunt professæ alibi etiam ejusdem ordinis & habitus, concedi tamen eis posse licentiam, ut in tali monasterio pernoctent, si in eo loco non sit hospitium, ubi commode pernoctare queant, ut vel sic in eo casu consulatur honestati & decentiæ religioſæ, non verò; si pure gratia recreationis vel visitandi moniales consanguineas vel amicas ibidem existentes, cum eas ad crates invitere & alloqui possent. Verum directè contrarium tenent LLamas in *methodo curat. in append. §. 11. in fine* de moniali, quæ ad aliud monasterium transfertur, dum est in via ad illud. Probabilius verò mediam viam cum Sanch. *cit. c. 6. num. 10.* tenet Delb. *l. c. num. 8.* nimirum posse eam cum licentia Abbatissæ ingredi monasterium ejusdem ordinis & habitus, saltem sumendi ibi hospitii aut alterius causæ necessariæ gratia, idque tum ex ratione directè opposita; quia nimirum videtur tali monasterio non esse extraneæ; tum quia id valde decens est honestati monialis egressæ, adeoque non præsumendum, mentem Pontificis fuisse eam à tali clausura excludere.

3. Resp. Tertio: quod attinet ingressum mulierem in monasteria virorum, prohibetur quidem & ille sub excommunicatione in Bullis Pii V. & Greg. XIII. non tamen ita absolute & simpliciter, sed solum respectu ingredientium mulierum, easque ad monasteria sua admittentium prætextu alicujus privilegii seu facultatis ipsis concessæ, utpote quæ revocantur in dictis Bullis, unde non ita graviter hunc ingressum mulierum in monasteria virorum, quam horum ingressum in monasteria monialium astruit cum Suar. *de 22. de cens. f. 6. n. 12.* Pirh. *h. t. n. 45.* dum neque in jure canonico neque in aliis Pontificum decretis invenitur lex seu constitutio generalis prohibens hunc ingressum mulierum sub gravi culpa, adeoque hac in re spectanda specialia religionum instituta. De cætero non prohibentur ingredi virorum monasteria Reginae earumque filiarum & quæ comitantur eas, uti nec feminae fundatrices in ordinibus in quibus est consuetudo eas admittendi. Sanch. *l. 6. mor. c. 17. num. 3.* idem de feminis aliquibus valde illustribus, ubi religioſi habent privilegium eas admittendi. Laym. *l. 4. r. f. c. 12. n. 5.* Pirh. *l. c.*

Quæst. 929. à quibus & qualiter concedenda hæc licentia ingrediendi monasteria?

1. Resp. ad primum: de hoc pariter loquendum ac de iis, qui indicere possunt clausuram, & qui concedere possunt licentiam monialibus ad egrediendum, ut videre est apud Castrop. *l. c. §. 2. n. 1. & seq. Delb. du. 32. n. 1.* ac proinde revidenda quæ desuper à me dicta paulo supra. A deo quoque etiam superior localis, cui ea monasteria subiecta, licentiam ad hoc concedere potest, quem etiam solum hanc facultatem concedere posse respectu monasteriorum regularibus subjectorum, tuetur Delb. eo quod hæc potestas concedatur ei, qui monasterio præest, Episcopus autem tali monasterio non præest, pro quo citat plures alios, quo tamen nomine non venit Abbatissa, ut dictum quoque supra, quia ei monasterium absolute subiectum non est, sed secundum quid, nimirum quo ad domesticum tantum ut Azorp. *l. 1. r. c. 8. q. 6.* Sanch. *l. 6. sum. c. 16. n. 22.* Suar. *l. c. n. 14.* Castrop. *l. c. n. 3.* sed neque à Prælato conventus, cui subiectæ moniales, hæc potestas committi potest Abbatissæ, ut cum Suar. *l. c.* Castrop. *n. 4.* contra Sauchez. *l. c.* Navar. *l. c. n. 60.* Rodriq. & alios. His non obstante, quod sæpe contingat casus necessario postulans ingressum, & superior adiri nequeat, cum absque tali commissione & delegatione in tali casu provideri possit, si superior eam facultatem ingressus concedat, cui Abbatissa vel Confessarius judicaverit necesse esse aut expedire hunc ingressum cum permisso Abbatissæ, cum necessitas non habeat legem. Porro Episcopus vel alius, qui hanc potestatem ingrediendi concedere possunt aliis, possunt etiam eam concedere sibi in causis necessariis; quia etiam secum dispensare possunt, quamvis hæc non sit tam dispensatio, quam usus licentiæ à jure & officio ei concessæ, quia non debent esse deterius conditionis quam alii quibus ab illis dicta facultas conceditur, & ita decidisse Gregor. XIII. in sua Bulla, quæ incipit: *Dubius qui emergunt de anno 1581. 25. Decemb.* testatur Castrop. *l. c. n. 5.* Delb. *l. c. du. 35. n. 2.* ac tenent iidem citatis Nav. *l. 3. consil. h. r. conf. 6.* Rodriq. *l. c. q. 46. a. 5.* Azor. *l. c. q. 7.* Sanch. *l. c. n. 25.* Barbos. *l. c. num. 43.* ita tamen ut non ingrediatur nisi comitatus paucis viris senioribus & religioſis ut dicitur in *cit. Bulla* Greg. XIII. intelligendo per paucos, tres, ut Mirand. *de monial. q. 2. a. 5.* vel quatuor aut quinque ut Tamb. *de jure Abb. d. 24. q. 10.* cum aliis & per religioſos etiam sæculares religioſi moribus conspicuos & matronas gravis & exemplaris vitæ, ut Delb. Extenduntque hoc ipsam Castrop. *Delc. num. 3.* Sanch. *l. c. num. 26. & 27.* ad omnes qui potestatem hanc dispensandi quo ad ingressum illum habent ex delegatione, quod ipsum tamen limitant Delb. & Castrop. ita ut ea potestas sit limitata, non quidem ad certas personas, sed ad officium, ut si commissæ ei esset concedendi licentiam Confessariis in genere necessitate postulante, tunc ipse ingredi posset sine alterius licentia, si sit Confessarius; secus si facultas commissæ restricta esset ad peculiare Confessarios, v. g. ad Ordinarios monialium & ipse non sit ex illis; cum causa limitata limitatum producat effectum.

Resp. ad secundum primo licentia hæc facta tacite ex quacunque etiam scientia & patientia superioris, aut etiam facta verbis expressis non sufficit ad licitum ingressum, sed requiritur necesse-



necessario facta in scriptis, prout statuit Trid. l. e. & Pius V. in motu suo. *Decori & honestati*, cumque requiratur non solum ut sit licentia concessa testimonium, sed etiam ut hac ratione rarius maturioreque consideratione concedatur, non solius solennitatis alicujus, sed veri graviterque obligantis præcepti rationem continet, ita ut contentus eâ oretenus concessa monasterium monialium ingrediens peccet mortaliter, & excommunicationem incurrat, si commodè eam in scriptis obtinere potuisset, cum actus lege vel ex contrahentium consensu requirens Scripturam, sine ea factus sit nullus, utpote carens formâ substantiali; adeoque ingressus ille factus sine licentia in scriptis habita se ita habeat, ac si sine omni licentia factus. Ac ita tenent ex probabiliori Sanch. l. c. n. 32. Suar. de relig. Tom. 4. L. 1. c. 10. n. 15. Castrop. l. c. n. 6. Delb. 6. 19. du. 37. n. 3. qui tamen n. 8. cum Mirand. l. c. n. 2. Homobon. de cassib. reserv. p. 2. cas. 5. Belloch. in pr. theol. mor. p. 2. q. 9. n. 162. & alijs ait probabile quoque esse contrarium, nempe Scripturam requiri tantum quod ad forum externum, non internum seu conscientie, in quo cum attendatur ipsa veritas sufficiat, consensus solo jure naturali requisitus. Limitant quoque responsum Villalob. tom. 2. tr. 35. diff. 45. n. 4. de la Cruz. L. 1. de stat. relig. c. 5. du. 2. concl. 3. notab. 3. Barbof. l. c. n. 57. & in remiss. ad Trid. cit. c. 5. circa finem, & plures alii, ut non procedat, quando causa est liquida, aut casus frequenter occurrentes & à jure concessi, ut sunt ingressus Confessoris Sacramenta administrantis, visitatoris, medici, Cæmentariorum & similibus, quam tamen limitationem rejicit Castrop. n. 7. ejusque contrarium esse probabilius asserit Delb. l. c. n. 10. cum Bonac. & alijs, eò quod Trid. absque ulla exceptione pro casibus necessarijs requirat licentiam in scriptis; præterquam quod sæpe, ubi adest necessitas, hanc ipsam examinare & approbare spectat ad Episcopum vel superiorem conventus, ad hæc sæpe aliquibus horum ministrorum in specie, quia suspecti, negare hanc licentiam expediat, adeoque in tali approbatione necesse sit intervenire scripturam. Ut cum Sanch. l. 6. sum. c. 16. n. 33. Castrop. l. c. veruntamen licentiam in scriptis obtineri necesse non est, ubi repentina necessitas occurrit, & si Scriptura expectetur periculum aut grave damnum sit in mora docent Sanch. l. c. n. 34. Nav. Comment. 4. de regul. n. 60. Azor. p. 1. L. 13. c. 8. q. 8. Rodriq. Tom. 1. q. 46. a. 2. in fine. Tambur. l. c. d. 23. q. 9. Bonac. de claus. q. 4. p. 2. Delb. l. c. n. 13. Castrop. l. c. eò quod lex humana in tanto rigore non obliget. Unde nequidem in tali casu licentiam oretenus dandam expectare necesse est, ut iidem. Quamvis si in solo scripto expectando sit tale periculum, expectanda adhuc licentia oretenus danda. De cætero si à superiore licentia expectari nequit, petenda hæc ab Abbatisa & danda in scriptis, si ei aliàs facultas eam concedendi aut super concedenda arbitrari commissa sit; ut pro certo tenent Castrop. n. 8. Delb. 15. & alii. Si verò talis facultas generalis ei à Prælato concessa non constat, adhuc ab ea postulandam hanc licentiam, cum credendum sit, Prælatum pro talibus casibus, quibus ipse consuli nequit, eam illi commisisse, & sic eam dare licentiam ex præsumpta voluntate tenent Sanch. n. 37. Rodriq. Delb. (contrarium, nimirum quod tunc ab Abbatisa licentia non petenda tenentibus alijs. Unde, ut Delb. citatis Rodriq. l. c. Barb. de potestate Episc. alleg. 102. n. 39. Tambur. l. c. Bonac. &c. rectè facerent superiores concedendo Abbatisis aut

Confessarijs pro casu necessitatis, aut etiam pro casibus alijs frequenter occurrentibus, dictam facultatem, quin etiam astruit ipse Castrop. præter datam etiam in scriptis à Prælato licentiam ingrediendi adhuc necessarium Abbatisæ consensum, quia cum ei commissum regimen Monasterii, credendum non est superiorem contra ejus voluntatem alicui dedisse ingrediendi potestatem.

3. Resp. ad secundum: licentia hæc ad ingrediendum conventum monialium absolute concessa, expirat per primum ingressum, nisi aliud in concessione expressum; quia dispensatio adversus clausuram jure communi statutam strictè interpretanda ita Castrop. l. c. n. 9. Riccius in pr. fori Eccles. decis. 6. 49. aliàs resol. 545. Barb. l. c. n. 59.

*Quest. 923. Quænam sint cause legitime ac necessariæ ad concedendam licentiam ingrediendi monasteria monialium.*

1. Resp. primò in genere; causa hæc debet esse justa seu rationabilis, prout constat ex c. n. h. t. in 6. qualis per Trid. Pium V. & Gregor. XIII. declaratur esse, quæ est necessaria, quamvis, quantum ad hoc requiratur necessitas, neque Concil. neque Pontifices declararunt, sed prudentis arbitrio declarandum reliquerunt. Illud certum, non requiri extremam aut etiam strictissimam, sed sufficere gravem, cui moraliter occurrere nequit sine ingressu monasterii Rodriq. q. 9. reg. Tom. 1. q. 46. a. 4. Sanch. in Sum. L. 6. c. 16. n. 40. Suar. Tom. 4. de relig. tr. 8. L. 1. c. 10. n. 17. Barbof. cit. alleg. 102. n. 48. Castrop. tr. 16. d. 4. p. 10. §. n. 1. qui etiam cum Suar. Sanch. addit minorem causam requiri pro ingressu sceminarum, quam vitorum, matris, sororis, cognatæ, quam extraneæ; minorem pro ingressu diurno quam nocturno, pro ingressu in priora receptacula, quam pro ingressu in interiores officinas & cubicula. Item causa ut cit. c. unie. dicitur, debet esse manifesta (etsi non requiratur, ut sit publica, qualis dicitur quæ toti populo aut majori ejus parti nota est) nempe Prælato concedenti licentiam, utpote ejus solius est judicare de justitiæ causa; sufficit autem, quod ei sic moraliter manifesta, id est, ut is probabiliter judicet esse illam justam; cum in moralibus probabilitas sufficiat ad rectè & probabiliter operandum, ne alioquin infinitis scrupulis pateret aditus, aut superior, antequam concederet ingrediendi licentiam, processum instituire deberet ad veritatem certò cognoscendam, quod esse præter intentionem Pontificis in tam frequenter occurrentibus casibus rectè arbitratur Delb. l. c. 19. du. 39. n. 4. Secus esse dicens si causa sit dubia, utrum nimirum ea sit justa & sufficiens, cum peccet operans cum conscientia dubia.

2. Resp. secundò in specie declarando jam dicta exemplis aliquot. Sic itaque primo necessitas tenens se ex parte conventus totius constituit causam sufficientem, dum pro reparando ædificio monasterii necesse est ejus clausuram ingredi Cæmentarios, fabros lignarios, aliosve artifices. Nav. Comment. 4. de regular. n. 59. Rodriq. 49. regul. Tom. 1. q. 46. a. 5. Mirand. man. Pralat. Tom. 2. Tr. de sac. monial. q. 2. a. 15. concl. 3. Sanch. L. 6. sum. c. 16. n. 5. Suar. tom. 4. de relig. tr. 8. L. 1. c. 10. n. 23. Barb. p. 3. de potest. Episc. alleg. 102. n. 46. Castrop. cit. §. 3. n. 3. Delb. l. c. n. 4. annumerat Sartores qui vestes monialium corpori adaptant, citans pro hoc Bonac. de claus. q. 4. p. 4. n. 11. Nav. Mirand.



*LL. cit.* quod ipsum tamen tam quod ad factores quam factores rectius negat cū Nav. *lc. negat Castr. l. c. n. 11.* eod quod ista adaptatio fieri possit in limine clausuræ, ita ut neque monialis egrediatur clausuram, nec factor eam ingrediatur. Idem dicendum de famulibus assumptis ad infima monasterii officia, ad ministrandum infirmis, dum ea præstari non possunt commodè per laicas, seu conversas, modò tamen receptæ hæc servitricibus pro ministerio totius conventus, & non tantum unius alteriusve monialis privatae & sub conditione servandæ clausuræ. Altruunt Barb. *l. c. n. 60. Sanch. n. 65. Suar. n. 18. Castrop. l. c. n. 5. Delb. l. c. du. 48.* Item dum rem ponderosam illuc inferri, aut inde extrahi necesse est. Barb. *l. c. n. 56. Sanch. Castrop. LL. cit. Delb. l. c. du. 45.* Item si pro expeditione alicujus negotii scriptura in archivio earum recondita quærenda ab æconomio monasterii, ei ingredi licet, dum claves regulariter alteri non convenit committi, aut ipsæ moniales ad talem inquisitionem aptæ non sunt, ut Sanch. & Castrop. *LL. cit. Delb. du. 44.* Item dum malefactor clausuram ingressus, inde extrahendus per Judicem, vel alium, quod, quando & qualiter faciendum vide apud Castrop. *l. c. & Sanch. n. 57. Delb. du. 43.* Item causa sufficiens est visitatio monialium facta à superiore, cui ea competit (pro ut constat ex Bulla Gregor. XIII.) associatis ei paucis; nempe secretario, & uno alterove seniore ac religioso, quo etiam spectat talis ingressus superioris ad videndum, num clausura reparanda, qualiter cellæ monialium conformiter religiose paupertati & honestati sint instructæ, aliavete habeant intra monasteria. Barb. *l. c. n. 54. Sanch. n. 54. Castrop. l. c. Delb. l. c. du. 42.*

3. E contra ad concedendum hunc ingressum causa sufficiens non est primò receptio suffragiorum pro electione Abbatissæ, quia hæc fieri potest & faciendæ extra clausuram ad crates seu cancellorum fenestram, ad quam exhortationes quoque ad moniales fieri solent, prout statuit Trid. *Sess. 25. c. 7. de regul.* quod etiam ibi non utatur verbis præceptum sed consilium importantibus, & declarantibus, non esse hanc causam necessariam, adeoque nec justam, ut declaravit S. Congregat. apud Tamb. *de jure Abb. d. 24. q. 8.* & doceat Castrop. *l. c. n. 3. Delb. du. 51. n. 1. citatis pluribus aliis, quia tamen c. 6. ejusd. Sess.* sub pœna excommunicationis interdixit ingressum in clausuram, præterquam in causis necessariis, dum inter has non est dicta receptio, facta intra claustra non potest non vacare culpa gravi, nisi tamen per accidens circumstantiæ ingressum illum postulent, ut dum subest periculum subordinationis, vel monialium dissensio & tumultuatio. Barb. *l. c. n. 46. Sanch. n. 50. Castrop. Delb. LL. cit.* qui posterior tamen addit ingressum quoque licere vocato ad bonam Abbatissæ electionem dirigendam, contrarium tenentibus Azor. *p. 1. l. 13. c. 8. q. 6.* & alijs apud eundem. Secundò collatio Sacramenti Confirmationis etiam pluribus impertiendi, cum illud conferri possit in loco Eucharistiæ sumendæ. Sanch. *n. 53. Castrop. n. 4.* Secus tamen, ut iidem, est, si monialis ita infirma, ut illuc deferri nequirit, & aliàs periculum esset discedendi sine hoc Sacramento. Tertiò confessio totius conventus, seu omnium monialium regulæ sic exigente, prout supponunt AA. aliàs concedentes fieri Confessionem intra clausuram. Idem dicendum de administratione Sacramenti. Quid quod ad hæc dicendum circa moniales particulates, dicitur *respons. seq.* Quartò musici, ut doceant moniales etiam plures simul mu-

ficam, etiamsi non est alia monialis, quæ cæteras instruat, quia id fieri potest ad crates magistro stante extra clausuram. Quod tamen posterius negat Delb. *du. 4. n. 7.* si tot sint instruendæ, ut commodè ad crates instrui nequeant.

4. Resp. tertiò: necessitas tenens se ex parte singularum monialium sufficientem causam concedendi ingressum constituit in sequentibus casibus. Primò ubi moniali conferendum Sacramentum extremæ unctionis, uti & quoties ei ministranda Eucharistia (intellige non tantum in extrema necessitate, sed etiam quoties ea ex præscripto regulæ sumenda, aut quoties aliàs eam ex devotione sumere consueverat. Sic quoque licitum est Sacerdoti ministraturo Eucharistiam eum in finem sacrum in infirmaria monialium facere, ut eod decentius Eucharistia ministraretur infirmis, quam si ex Ecclesiæ custodia deportetur. Rodriq. *loco mox citando.* Barb. *l. c. n. 49. Delb. du. 41. n. 16. Castrop. l. c. n. 7.* Item ut monialem in extremis constitutam pijs exhortationibus ad mortem disponat, Sanch. *l. c. n. 48. Castrop. l. c.* Idem licet pro excipienda Confessione monialis infirmæ, etiam sub principium morbi ut Delb. *du. 41. n. 7.* Dum locus ille, ubi jacet infirma, non est prope fenestellam aliquam, per quam illi porrigi possit Eucharistia aut ejus, præsertim valde turdæ, confessio excipi, neque ad illam propter infirmitatem accedere potest; secus si accedere ad eam potest. Roderiq. *tom. 1. regul. 99. q. 47. a. 4.* Barb. *l. c. n. 46. Sanch. l. c. n. 45. Castrop. n. 6. Delb. du. 41. n. 1. juncto n. 9. gravant in man. Episc. V. monialis claus. n. 39.* Secundò dum monialis eget medico, chirurgo ad curandum se, & si fortè egeret etiam quandoque pharmacopola ad medicamenta aliqua conficienda & præbenda, ubi id fieri nequiret per alias moniales. Sanch. *n. 43. juncto 56. Barb. n. 52. Bonac. de claus. 3. q. 4. p. 4. n. 5. Castrop. n. 9. Delb. du. 40. n. 1. seq.* Tertiò monialis mortua dum sepelienda intra clausuram, causa sufficiens ingrediendi omnibus qui ad effodiendum sepulchrum & ritus funerales agendos necessarii. Barb. *l. c. n. 50. Sanch. n. 45. Castrop. n. 8.* E contra sufficiens causa non est concedendi ingressum matri, sororaliisque consanguineis invisendi gratiâ monialem infirmam etiam morti vicinam. Barb. *n. 68. Rodriq. l. c. c. 11. Delb. l. c. n. 3. Mirand. in man. prelat. tom. 2. tr. de sac. monial. q. 2. a. 4. Castrop. l. c. n. 10. seq.* testantes sic declarasse S. Congregationem. Sed neque admitti posse ad clausuram aliquem sub prætextu exorcizandi monialem energumenam juxta declarationem S. Congregationis, asserit Delb. *du. 41. n. 21. citatis Barbof. Aldan. & alijs quem vide*

5. Resp. quartò: Necessitas tenens se ex parte ingredientium sufficientem causam præbens Episcopis, superioribus Abbatissæ &c. concedendæ licentiam ingrediendi clausuram puellis, est, dum hæc admittuntur ut ibidem educentur & instruantur. Sanch. *n. 61. Suar. l. c. n. 21. Barb. n. 62. Castrop. n. 13. Delb. du. 47. n. 1. seqq.* plurimique ab eo citati, testantes de declaratione defuper facta à S. Congreg. modò tamen serventur condiciones ab eadem præscriptæ, nimirum, ut non repugnet statutum monasterii, ut recipiantur minores septennio nec majores 25. quos si attigerint, vel habitum religionis suscipere vel ad suos redire etiam ab Episcopo vel Prælo monasterii compelli possunt. ut ingrediatur sine ancillis & ingressæ clausuram non egrediantur, nisi non reverfuræ, ut locum separatam à reliquis monialibus habeant ad dormiendum & labo-



laborandum. Et hæc sunt conditiones præcipuæ, cæteras vide apud Delb. & Castrop. *ll. cit.* His non obstante, quod S. Congreg. ut referunt Gavant. *l. c. n. 8.* Lezan. *tom. 1. c. 25. n. 25.* Bonac. *l. c. n. 16.* decreverit puellas educationis gratiâ non posse ingredi clausuram monialium sine licentia Pontificis, quia id intelligendum de monasteriis, in quibus non est consuetudo recipiendi puellas ad istum finem. Delb. *du. 41. n. 11.* Item est causa sufficiens necessitatis & caritatis recipiendi ad clausuram de licentia superioris & Abbatissæ ac consensu monialium, mulieres nuptas illuc confugientes ob sævitiam mariti, prout à S. Congreg. decimus referunt & tenent Rodriq. *l. c. q. 66. a. 10. declarat. 13.* Barb. *cit. alleg. 102. n. 66.* Zerol. *pr. Episc. p. 1. V. monialis. q. 11.* Sanch. *l. c. n. 69.* alique quos citat Castrop. *cit. §. 3. n. 14.* Mulieres verò nuptæ separatim solum à viro viventes separati non nequeunt sine dispensatione Pontificis. Barb. Castrop. *ll. cit.* Mirand. *l. c. q. 2. a. 8.* Idem dicendum de viduis, has sine licentia Pontificis recipi non posse ad clausuram, ut ibi vitam honestam separatim à sæcularibus degant, absque eo, quod sint religiosæ. Suar. *l. c. c. 10. n. 11.* Sanch. *l. c. n. 64.* Barb. *n. 67.* Castrop. *n. 15.* His non obstantibus quod Sixtus V. in aliquo suo motu (quem refert Rodriq. *l. c. q. 46. a. 6.*) revocet omnes à Sede Apostolica & se cuiuscunque status mulieribus concessas facultates ingrediendi monasteria ibique ad tempus commorandi, statuaturque sub pœna excommunicationis, ut ingressæ inde egrediantur. Nam id intelligendum de ingressis in virtute facultatum hæcenus, & à se concessatum & non de ingressis in virtute Juris communis & Concilii Trid. cum Rodriq. respondet Delb. *l. c. du. 46. n. 6.* eò quod utriusque cum Menoch. *presump. l. 66. presump. 40. n. 25.* Fel. *in c. 1. de rescrip. n. 12.* & pluribus aliis in generali privilegiorum derogatione non comprehendantur facultates & privilegia inserta Juri communi; uti nec per clausulas quantumcunque generales derogatur facultatibus concessis à Concilio, nisi earum fiat specialis mentio, ut Sanch. *de matr. l. 3. d. 26. n. 7.*

*Quæst. 922. habentes facultatem ingrediendi clausuram, an & quibus comitantibus possint vel non possint eam ingredi.*

**R**esp. primò in genere: quibus legitime concessa est facultas ingrediendi monasteria, hi ingredi possunt iis personis associati, à quibus juxta decentiam sui status illos comitari par est. Delb. *cit. du. 41. n. 8.* argumento Bullæ Gregor. XIII. *Dubius qua emergunt &c.* ubi Pontifex jubet ut Prælati habentes facultatem ingrediendi, non nisi comitati, iisque paucis ex senioribus ingrediantur ac ita in omni casu, quo principali concessa hæc facultas, ea etiam ob actionis connexionem concessa intelligitur socio, ita ut non requiratur explicita vel alia licentia pro socio. Hinc

2. Resp. secundò in specie primò: Confessarium regularem ingredi clausuram ad excipiendam Confessionem monialis non debere sine socio itidem regulari probatæ vitæ & ætatis supra 50. annos decrevit S. congreg. 21. Febr. 1617. apud Barb. Mirand. *l. c. q. 2. a. 7.* Delb. *l. c. n. 15.* & 20. ubi etiam quòd juxta eandem S. congregationis declarationem sine ejusdem licentia nec Confessario, nec illi ejus socio alloqui alias moniales liceat, de quo

vide Tamb. *de jure Abb. d. 24. q. 3. n. 9. & 6.* Secus est, si Confessarius sæcularis, utpote qui decenter accedere potest ad audiendas quarumcunque fœminarum confessiones sine socio. Secundò ad ministrandam Confirmationem, extremam unctionem aut Eucharistiam, vel etiam legendum sacrum ingrediens Episcopus vel Sacerdos etiam sæcularis, eget socio, quia alienum à mote ecclesiastico est moniales in his ministrare. Mirand. Barbof. Delb. *in LL. cit.* Castrop. *l. c. n. 7.* cum Sanch. asserens sic cautum ab Urbano IV. in reg. S. Clar. circa quæ etiam illud norandum, quòd ad illa Sacramenta ministranda ingressus Sacerdos rectâ viâ & absque diverticulo tendere & reverti debeat, & non divagari per aliam monasterii partem hac occasione invisendi gratiâ alias moniales, quibus illorum Sacramentorum administratio non est necessaria. Delb. *l. c. n. 12.* juxta ejusdem congreg. declarationem apud Barb. & Gravant. Tertiò ingredi posse & debere superiorem visitationis gratiâ paucis & religiosis viris associatum; item cum secretario, qui visitationem denunciaret, edicta proponat &c. Satis constat ex Bulla Greg. XIII. idem est de Secretario assumpto ad inspiciendum, num omnia monasterii rectè se habeant Castrop. *cit. §. 1. n. 2. in fine.* Quartò medici, dum infirmitas est gravis, etiam plures simul intra clausuram ad consultantum convenire possunt, absque tamen famulis. Barb. *n. 52.* Sanch. *l. 6. sum. c. 16. n. 43.* Castrop. *n. 9.*

*Quæst. 923. quas pœnas & censuras incurrant, qui extra casus permisso & citra licentiam habitam ingrediuntur clausuram monialium?*

**R**esp. Excommunicationem, non quidem reservatam, tamen ipso facto incurritur ad personam uniuscujusque conditionis, sexus, ætatis, ingredientibus clausura monialium sine licentia superioris in scriptis & legitime (hoc est ex causa justa non falla & sine dolo obtenta ut Sanch. *l. c. n. 73.*) statuit Trid. *Sess. 25. c. 5. de regular.* quæ tamen excommunicatio se non extendit ad admittentes ingredi, cum de iis Tridentinum nullam faciat mentionem, sed solum de ingredientibus uti & nullibi alibi excommunicantur isti admittentes, nisi admittant ingredientem sub prætextu facultatis ad hoc obtentæ. Delb. *du. 61. n. 4.* Greg. XIII. quoque in Bulla sua. *ubi gratia* postquam revocaverat facultates ingrediendi dictam clausuram quibuscunque & à quocunque Pontifice concessas, intentat excommunicationem reservatam adversus ingredientem clausuram sub prætextu dictarum facultatum. Præterea Prælati, Abbatissæ ac superioribus quocunque nomine vocatis, prætextu illarum facultatum faventibus & permittentibus talem ingressum imponit privationem dignitatis & quorumcunque officiorum (quo nomine quæ veniant, dictum est supra) nec non inhabilitatem ad illa & alia impofterum obtinenda, quibus tamen pœnis hodie dum non esse locum, monet cum Suar. *de censuris. d. 22. §. 6. n. 14.* Castrop. *l. c. §. 4. n. 2.* cum nemo sit, qui prætextu licentiæ ante Greg. à Sede Apostolica concessæ & ab eodem revocatæ ingredi tentet clausuram, manent tamen eadem hodie dum respectu quorumcunque tam sæcularium quàm regularium etiam mendicantium, qui sub prætextu licentiæ datæ ab Episcopo aliove superiore, quibus à Trid. tribuitur



buitur facultas concedendi illum ingressum in casu necessitatis eundem attenter aut permittat, constat ex cit. motu Greg. XIII. & Pauli V. & tradunt Castrop. l. c. Delb. du. 44. n. 16. per id permitti autem intelligitur tam permissio activa ( quæ fit jubendo, consulendo, januam aperiendo ) quam negativa, quæ fit non prohibendo, dum non prohibens potest & ex officio tenetur impedire, quia talis est causa ingressus. Secus est de eo, qui quidem potest impedire, sed ad id tamen non tenetur ex officio Delb. du. 63. nomine verò superiorum hic veniunt tam mulieres quam mares. Delb. du. 64. nomine conventus, dum ei ferenti suffragium pro tali ingressu vel permissione statuitur excommunicatio cæteræque pœnæ, intelliguntur religiosi in unum congregati cum suo capite, cum quando conventus collegialiter congregatus delinquit, omnes consentientes aut non contradicentes puniri debent; non tamen non consentientes seu contradicentes Delb. du. 62. de cætero à pluribus Pontificibus istiusmodi excommunicationem reservatam, statutam ingredientibus clausuram certarum monialium in specie vide apud Delb. l. c. n. 18. pœnas tamen illas privationis & inhabilitatis statutas in motu Greg. XIII. non incurri ab iis qui sine licentia & citra talem prætextum ingrediuntur aut ingressum permittunt, sed solum ab iis, qui sub dicto prætextu facultatis obtentæ id faciunt, tenet Delb. l. c. du. 58. à n. 2. citatis pro hoc Suar. ubi ante n. 11. Rodriq. l. c. q. 48. a. 2. Barb. cit. d. 102. n. 37. Dian. p. 2. tr. 5. resol. 32. Bonac. de claus. q. 4. p. 5. n. 4. Filliuc. tom. 1. tr. 15. c. 5. n. 119. & plures alii ab eo citati, eò quòd dictus motus sit pœnalis, adeoq; non extendendus ab alia in eo non expressa etiam ob paritatem rationis, quin nec ob majoritatem rationis quæ videtur gravius esse ingredi absque omni licentia, quam ingredi sub dicto prætextu, dum quandoque minora delicta ob specialem rationem ( qualis esse posset in præfenti, quod sub dicto prætextu ingrediantur audacius ) gravius puniantur, prout probabilis docent apud Delb. l. c. n. 11. cum Gl. in Clem. 1. consang. & affin. Cajet. V. excommunicat. in princ. Sanch. de matr. l. 10. d. 4. n. 3. Barbof. l. c. alleg. 101. n. 82. & alii contra Gutt. qq. can. l. 1. c. 10. n. 3. Molin. de primog. l. 1. c. 5. n. 10. Lambertin. de jurep. l. 2. p. 1. q. 10. a. 4. Unde etiam probabilis illas pœnas non incurri ab eo, qui ingreditur ad malum finem sine tali prætextu ait Delb. l. c. quamvis, ut idem du. 54. n. 12. & 13. talis ingressus ob malum finem v. g. luxuriæ sic casus unus ex quinque reservatis Papæ, à quo nemo in virtute privilegiorum potest absolvere. Sed nequæ dictæ pœnæ incurruntur tam respectu ingredientium, quam permittentium ingredi sub prætextu obtentæ ad hoc facultatis, nisi id fiat excusante ab illis incurrendis ignorantia, tam juris quam facti, etiam quæcumque vincibili, & affectata & crassa, exceptâ solum ignorantia ita crassa & supina, ut cum ea ingredi aut permitti ingredi sub dicto prætextu reputetur, audacia, temeritas, præsumptio, ut fusè declarat & probat Delb. l. c. du. 59. Sect. 1. & 1. 2. per tot. quem vide, in quo tamen casu, etsi statuta illa excommunicatio vi Bullæ Gregor. sit reservata Pontifici, pœnæ tamen cæteræ ei reservatæ non sunt; quin tolli possint ab aliis Delb. du. 60. n. 1.

*Quæst. 924. quinam igitur absolvere & dispensare possint à pœnis prædictis statutis tam ingredientibus quam admittentibus ad illum ingressum?*

**R**Esp. primò: ab excommunicatione, quam incurrunt simpliciter ( id est sine dicto prætextu facultatis ) sine necessitate & licentia in scriptis, ingredientibus à Trid. statuta, cum non sit reservata Papæ, absolvere possunt jure ordinario Episcopi & Prælati regulares suos subditos & omnes Confessarii approbati suos penitentes Arg. c. nuper de sent. excom. Delb. l. c. du. 69. n. 2. & 3. Contrarium est de excommunicatione à Greg. XIII. statuta ingredientibus & ingressum permittentibus sub memorato prætextu, à qua non nisi Papa ejusque pœnitentiarii absolvere possunt. Nisi tamen talis ingressus & permissio sint occulta; tunc enim absolvere possunt Episcopi & Prælati habentes privilegium absolvendi suos subditos à casibus Papalibus occultis, & regulares virtute privilegiorum suæ religionis alique Confessarii approbati virtute Bullæ cruciatæ semel in vita & semel in morte. Delb. l. c. uti & omnes Episcopi absolvere possunt ab omnibus censuris contractis ob delictum occultum juxta Trid. Sess. 24. c. 6. de reform. uti & religiosi absolvere possunt vi privilegiorum à casibus similiter occultis specialiter non reservatis Episcopo Delb. du. 69. n. 15. Unde etiam illius virtute Episcopus absolvere potest ingredientes ob malum finem clausuram, qui aliàs est casus specialiter reservatus ( & à quo absolvendi privilegia aliàs concessa religiosis revocata notant Bonac. de claus. q. 1. p. 5. n. 1. Tamb. de jure. Abb. d. 22. q. 1. n. 3. Delb. du. 69. n. 5. ) dum ingressus talis & delictum est occultum, Suar. in 3. part. d. 30. f. 2. n. 12. Dian. p. 2. tr. 5. resol. 35. Delb. l. c. n. 13. & alii apud illum contra Zerol. Riccium, Graff, & alios apud eundem.

*Quæst. 925. An & qualiter quoque prohibetur alloqui & frequentare moniales citra ingressum in clausuram?*

**R**Esp. quæ citra hæc statuuntur in Jure Canonico sunt sequentia primò c. ad monasteria de vita & honest. Clericor. dicitur: *Monasteria monialium si quisquam Clericus sine manifesta & notabili causa frequentare presumpserit, per Episcopum arceatur, & si non desiterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis. Si laici, excommunicationi subdantur, aut à cœtu fidelium fiant penitus alieni.* Secundò c. periculofo h. t. dicitur: *Nulli, etiam honesta persone nisi rationabilis & manifesta causa existat, ac de illius ad quem pertinuerit, specialis licentia ingressu vel accessu pateat ad easdem moniales.* Quod posterius cap. innovatur per Trid. Sess. 25. c. 5. de regular. uti & per Pium V. in motu, qui incipit: *Circa pastoralis officii.* Unde patet diversitas inter utrumque textum, dum c. monasteria. Solis vitis prohibetur solum accessus frequentia, & post comminationem ab Episcopo factam clericis non desistentibus à frequentia accedendi intentatur excommunicatio, non quidem ipso jure lata, sed per Episcopum ferenda. In capite autem periculofo interdicitur tam mulierum, quam virorum ad moniales accessus absque eo, quòd transgressoribus hujus dispo.



dispositionis irrogetur ulla pœna. Porro utroque hoc capite prohibetur accessus, qui fit videndi & alloquendi moniales gratiâ, & non qui fit ex alia causa. Nav. *comment. 4. n. 61. de regular.* Rodriq. *reg. 99. Tom. 1. q. 45. a. 1.* Sanch. *l. 6. sum. cap. 16. n. 112.* Suar. *Tom. 4. de relig. tract. 8. l. 1. c. 10. n. 24.* Castrop. *tract. 16. d. 4. p. 11. n. 2.* Quanta verò intelligatur frequentia, non convenit inter AA. Nav. *l. c.* Rodriq. *l. c. a. 4.* Sanch. *num. 110.* Suar. *n. 25.* Castrop. *l. c.* Barb. *cit. alleg. 102. n. 70.* id relinquendum sentiunt communi modo loquendi & prudentis arbitrio. Unde frequentem accessum censent Nav. & Rodriq. Si fiat tribus diebus continuis. Sanch. & Castrop. si fiat per annum singulis mensibus semel. Prohibitione tamen accessus non comprehendi missionem litterarum ad moniales (etsi alias videri posset non prohiberi tantum accessum materiale corporum, & colloquutionem vocalem, quàm accessus mentis & animi) sustinent Suar. *l. c. n. 24.* Barbof. *n. 80.* Castrop. *n. 3.* Sic pro certo tenendum asserens; eò quòd accessus in propria sua significatione acceptus sit aditus & appropinquatio corporalis, ac in legibus & præceptis, præsertim in ordine ad effectum extendendi prohibitionem, verba non sint impropianda. Secus tamen foret, ubi Pontifex expressè prohibuisset scribere monialibus, uti Nav. *conf. 60. de sent. excomm. alias 5.* refert, Gregor. XIII. prohibuisse certis regularibus ne scriberent monialibus sui ordinis sub excommunicatione latæ sententiæ, quam tamen non incurrere illos, si literæ missæ non pervenissent in manus monialis probabilius censent Castrop. *n. 5.* cum Nav. *cit. conf. 60. alias 19.* Barbof. *n. 77.* Sanch. *n. 117.* &c. eò quòd Pontifex non prohibeat scripturam utcumque; sed eam, quæ cum monialibus fit communicatio, cum per illam datur iis occasio inquietudinis, & fortè turpitudinis, cujus periculum illa prohibitione avertere intendit Pontifex. Quod attinet ad decretam, quod ut refert Nav. *comment. 4. de regul. n. 61.* à Vicariò Pontificis Romæ promulgatum, ne quis scribat moniali sive sua aut Protectoris Ordinis licentia, illud non extendi ultra Romam; cum dicti Vicarii iurisdicção se extra curiam Romanam non extendat, dicunt ipse Nav. Rodriq. Sanch. *n. 116.* Castrop. *l. c. n. 4.* Deceterò accessum illum seclusis extrinsecis circumstantiis (quales sunt dum fit ex prava intentione, cum periculo lapsus accedentis vel monialis alloquendæ, vel præbitio scandalo aliis, & occasione habendam de monasterio suspicionem, quæque maxime procedunt, dum accessus est furtivus, id est, absque licentia Abbatis sive aut superioris) non constituere per se peccatum saltem mortale probabilius existimat Castrop. *l. c. n. 7.* & 8. cum Suar. *l. c. n. 26.* eò quòd prohibitio illa facta per *cit. c. periculoso.* Quò ad accessum consuetudine fit abrogata. Teste Nav. Rodriq. Suar. *LL. cit.* apud Castrop. *n. 7.* nec renovata à Trid. aut etiam à Pio V. quippe quod & qui innovantes *cit. constitutionem Bonif. VIII.* nullam mentionem de illo accessu fecerunt, sed solum de ingressu & egressu, quibus clausura violatur. De Decreto verò S. Congreg. *nonis Majii 1590.* edito, cujus meminit Quarant. *in Sum. Bullar. V. Monasteria monialium.* Sanch. *l. c. 16. n. 155.* prohibente omnibus religiosis, exceptis confessorio, ordinario & extraordinario ad tempus deputato accessum ad monasteria monialium, sive sui sive alterius Ordinis sine licentia dictæ S. Congreg. sub variis pœnis, de hoc inquam decreto dubitare se inquit Castrop. *l. c.* num prolatum sit pro aliis monasteriis, quàm Romæ existentibus, cum dixit

R. P. Lœw. *Jur. Can. Lib. III.*

rissimum foret omnes religiosos hanc licentiam à S. Congr. petere, quin & num satis promulgatum & receptum. De frequentia verò accessus neque eam prohibitam secundum se sine dictis circumstantiis (quæ tamen in frequentia facilius adsunt, & propterea adolescentem frequenter colloquentem monialitarò excusandum à se à peccato gravi) graviter, sed ad summum venialiter asserit Castrop. *n. 9.* cum Sanch. *n. 120.* & Suar. *n. 25. in fine.*

*Quæst. 926. Peculium quid & quotuplex, an & qualiter habere illud possint regulares?*

1. **Resp.** Ad primum: peculium quid sit & quotuplex satis est dictum supra *Tit. 25.* de peculio clericorum. Quod verò specialiter attinet peculium regularium, de quo *h. t. c. 2. & c. 6.* Sufficiat hic rursus insinuare, spectari illud posse dupliciter, nempe propriè & impropiè. per peculium propriè acceptum intelligitur pusilla pecunia, seu pars quædam exigua patrimonii, quæ filio familias vel servo seorsim tanquam proprium de quo ii disponere pro libitu possint, permittitur à patre vel domino. minus propriè tale accipitur pro simili aliqua parte bonorum, cujus tantum administratio & usus permittitur. Ita ferè Fagn. *inc. 2. h. t. n. 2.* Reiffenst. *h. t. n. 2.* his suppositis

2. **Resp.** Ad secundum: jure communi decretalium potest regularibus in particulari citra hoc quòd sit officialis monasterii, concedi seu permitti de licentia prælati religiosi ex causa legitima peculium proveniens etiam aliunde quàm ex bonis monasterii minus propriè tale, seu solum ad usum honestum & licitum, & quidem ad nutum revocabiliter. ita ferè Barbof. *ad c. 2. h. t. n. 2.* citatis Nav. *comment. 2. de regular. n. 14.* Cordub. *in sum. quæst. 54. opin. 2.* Rodriq. *99. regul. Tom. 3. q. 29. a. 8.* Mirand. *in man. prælat. Tom. 1. q. 28. a. 8.* Azor. *inst. mor. p. 1. l. 12. q. 1.* Sanch. *in præcep. Decalog. Tom. 2. l. 7. c. 22. n. 5.* & aliis contra Felin. *in c. 26. de cons. Topia & alios*

3. Dixi primò: jure communi Decretalium: quod tamen etiam correctum non est per Trid. *Lesf. 25. de regul. c. 2.* ut volunt Azor. *l. c. c. 9. 2.* Nav. *de rest. l. 3. c. 1. p. 3. du. 1. n. 163.* Vasq. *opusc. de rest. eccl. c. 3. du. 1. n. 14.* Rodriq. *l. c. Tom. 2. q. 47. a. 15.* Valent. *2. 2. q. 4. p. 3. col. 2.* Molin. *de just. tr. 2. tom. 3. d. 276. col. penult.* Lesf. *de just. l. 2. c. 7. du 5. n. 30.* & alii apud Barbof. *l. c. n. 3.* tenentes vi Trid. jam non amplius concedi & haberi posse tale peculium: contrarium, nimirum per Trid. *l. c.* nihil novi juris inductum, sed solum jure antiquo circa hæc statuta confirmari, adeoque verba Trid. majorem vim contra peculium hic descriptum non habere quam verba Concilii lateran. *c. 2. h. t. relata tenentibus Nav. cit. comment. 2. n. 15. & 18. Sa. v. religio. n. 48.* Tanner. *2. 2. d. 6. q. 3. du. 4. n. 108.* Peyrin. *de relig. subditio. Tom. 1. c. 2. q. 2. §. 1. & 2.* Fagund. *in præcep. Eccl. tr. 2. l. 8. c. 6. n. 13.* Mirand. *l. c. n. 28.* Ricc. *in Decis. curie neapol. p. 4. Decis. 340. n. 12.* Sanch. *cit. n. 22.* & plurimis aliis, quos citat & sequitur Barb. *l. c.*

4. Dixi secundò: citra hoc, quòd sit officialis, & citra quòd peculium illud proveniat ex bonis monasterii: hæc enim, ut docet Sanch. *l. c. n. 13. juncto n. 14.* apud Barbof. *l. c.* hodie licet ex justa causa concedere cuilibet religioso, etiam si non sit officialis ordinis, administrationem aliquorum bonorum stabiliùm (intellige monasterii) aut etiam juxta aliquarum religio-

R r r r

gio-



gionum consuetudinem certos anni reditus ad vitum & vestitum illius; multò magis licebit ei concedere citra administrationem bonorum stabilium, aliqua bona mobilia exigua ei aliunde obvenientia, impendenda ab eo ad usus honestos & licitos.

5. Dixi tertio: ad usum simplicem hoc est, citra proprietatem eorum, & quidem ad nutum superioris revocabilem. talem usum enim mobilium concedi à superioribus permittit Trid. l. c. hinc expressis: *mobilia usum superiores permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat.* Econtra usum cum proprietate conjunctum seu in ea fundatum prohibet, dum ait: *nemini regularium, tam virorum, quam mulierum liceat bona mobilia, cujuscunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere aut retinere, sed statim ea superiori tradantur. nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad usum fructuum aut usum, administrationem vel commendam &c.* Quibus tamen posterioribus verbis prohiberi videtur ne ullus religiosus (nisi officialis aut administrator sit bonorum monasterii pro ejusdem utilitate) etiam cum licentia superioris habere possit peculium immobile seu administrationem bonorum immobilium seu annuos reditus; etiam si revocabiler concedantur impendendi ad honestos & licitos usus pro utilitate & necessitate ipsius religiosi, ut contra Sanch. *pucced. num. relatum* item contra Rodrig. l. c. 9. 125. a. 4. Nav. h. t. *conf.* 14. docent Host. *inc. 2. h. t.* Jo. and. *v. nisi ab Abbate Felin. inc. cum m. de const.* & latè Fagn. *in cit. c. 2.* quos citat & sequitur Reiffenst. *h. t. n. 5.* quamvis autem Fagn. l. c. *in fine* assereret nulla consuetudine, nulla probabilitate, nullove alio pretexto religiosum contrarium facientem in hoc puncto excusari posse à peccato gravi. Reiffenst. tamen censet oppositam sententiam subsistere, nempe regulares, etiam non officiales, de licentia superiorum ex justa causa administrationem bonorum immobilium aut certos annuos reditus vel provisiones pro suis necessitatibus habere posse, si talis debito tempore præscripta vigeret consuetudo; eò quòd contrarium sit solum contra jus humanum ecclesiasticum, contra quòd licita & valida est consuetudo legitime inducta juxta *c. fin. de consuet.* Quamvis & talem consuetudinem omni modo extirpandam perfectamque communitatem inducendam in monasteria, maxime monialium, non obstantibus quarundam querelis; lamentationibus, murmurationibus, & quæsitis rationibus sive deant omnes, ut Reiffenst. *n. 16.* S. etiam Congreg. abominans talia monasteria sæpe prohibuerit teste Fagn. *l. c. n. 63.* & *seq.* ne amplius recipiantur moniales in talia monasteria, in quibus communem vitam perfectamque communitatem non servant.

6. Porro illud hic notandum primò, quòd licet religiosi in particulari de licentia superiorum habere & retinere valeant res mobiles sibi necessarias & etiam consumere & expendere in usus honestos & li-

bitos, ut certum ac indubitatum esse apud omnes teste Mirand. *l. c. tom. 1. quest. 28. a. 15.* ait Reiffenst. *n. 16.* peccare tamen tales, si tali modo habeant superflue, vel in usus illicitos impendant, tenent quoque omnes juxta quòd declarat Trid. l. c. quamvis in eo, num peccent mortaliter an venialiter, an contra paupertatem, an contra aliam virtutem, non conveniant, contra votum paupertatis non peccare religiosos habentes facultatem impendendi aliquam pecuniam in quoscunque usus licitos, impendendo illam in usus profanos vel etiam turpes, eò quòd in tali casu superior, cum jam dederit licentiam impendendi non sit inivus quòd ad substantiam, sed solum quòd ad modum alienationis non improbabiler doceri à Rebell. Bannez, Lopetz & aliis ait Delb. *de immunit. Eccl. c. 1. du. 1. l. 2. n. 5.* peccare illos contra paupertatem graviter vel leviter pro quantitate materiæ; tradunt de Lug. *de just. d. 3. n. 183.* Pelliz. &c. esse intuper proprietarios volunt Sanch. *l. 7. mor. c. 19. n. 21.* Donat. Nav. & alii quod tamen rectius negare videntur D. Antonin. Mirand. Pelliz. & alii apud Reiffenst. *n. 17.* eò quòd proprietarius proprie dicatur voto paupertatis astrictus, si sine licentia superioris retineat vel expendat rem nomine proprio, ac si ea propria esset. An verò licentia superioris sit ad superflua vel irrationabiliter concessa, relinquatur judicio superioris arbitrandum, habitatione personæ, officii, regulæ statusque paupertatis, quam professi, aliarumque qualitatuum juxta declarationem S. Congr. quam referunt Donat, Guarant. Lezana apud Reiffenst. *n. 19.* qui etiam *n. 21. & seq.* de pœnis proprietarii. De quibus vide quoque Barbol. *in c. 6. h. t. n. 5. & 6.*

7. Notandum secundo: donata & legata religioso intelligenda esse juxta conditionem illius, nimirum de solo usu ac licentia superioris ad nutum revocabili; cum voluntas testatoris semper ita explicanda, ut non careat effectu; qualiter eo caret, & nulla est, transeunte legato ad monasterium; si ea expressa conditione factum religioso in particulari, ut etiam dominium rei legata ad illum pertineat, vel ut usus illius independenter à licentia superioris vel irrevocabiler, quamdiu vivit, permittatur, Sanch. *l. c. n. 4. juncto n. 11.* Jason. *in auth. Ingressi c. de SS. Eccles. n. 37. & 39.* Reiffenst. *n. 23. & 24.* qui etiam *n. 25.* cum Sanch. *l. c. n. 11.* aliisque ab eo citatis hoc facit discrimen inter legata & donata in vivis, quòd hæc donatio sit irrita & donata etiam de licentia superioris sub dicta conditione accipi non possint, legata verò subsistant; eò quòd conditiones turpes legatis adjectæ habeantur pro non adjectis, legatum tamen non vitiant; contractus verò inter vivos, quibus adjecta conditio turpis, toti vitiantur Arg. *tot. tit. ff. de condit. ob turp. caus. & l. 7. ff. de V. o.* Plures de cætero casus seu modos, quibus in his & similibus peccetur contra paupertatem à religiosis, vide apud Reiffenst. *h. t. a. n. 11.* Uti & apud Theologos morales, ubi de tribus votis religionis, præsertim paupertatis scribunt.

